SACRÆ
BIBLIOTHECÆ
~~SANCTO~~ VETE RVM PATRVM;
SEV,
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM,
INDICES QVATVOR LOCVPLETISSIMI:

AVTHORVM; { Vnus, ALPHABETARIVS: Alter, CHRONOLOGICVS.

Tertius, AVTHORITATVM Scripturæ; quæ, tota Bibliotheca, explicantur: Postremus, RERVM & VERBORVM.

Per MARGARINVM DE LA BIGNE, *ex alma Sorbonæ Schola, Theologum Doctorem Pariß.*

EDITIONE SECVNDA.



LVTE TIA

PARISIIS,

M. D. LXXXIX.

CVM PRIVILEGIO.







INDEX ALPHABETARIVS AVTHORVM ET OPVSCVLORVM QVÆ HAC TOTA SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM BIBLIOTHECA COMPREhenduntur:

adſcriptis, ad marginem, anni diebus quibus Eccleſia Catholica celebrat memorias eorum quos in Sanctorũ Canonem recepit; vt, conſulto Cæſaris Baronij Martyrologio Romano, quæ ad eorũ Vitas & Scripta pertinẽt ſtudioſus Lector, magno ſuo cõmodo multa perquirat.



Illuminatorum Hierosolymis: *D. Ioanne Grodecio, Decano Glogouiensi; Interprete:* tom. 2. col. 57. Eiusdem; Mystagogicæ Catheches quinque, ad eos qui recens sunt baptizati; eodem Grodecio, interprete: tom. 2, col. 196. Eiusdem S. Cyrilli, Epistola, ad Constantium Imperatorem pientissimum; de signo Crucis, in cœlo, Hierosolymis, apparente: tom. 2. col. 207

Habes eiusdem S. Cyrilli Hierosolymitani Operum Fragmenta nonnulla: videlicet, ex Commentariis eius in Marci Euangelium: tom. 1. col. 30. C: Ex Epistola ad Olympium monachum: eodem tomo primo, col. 140. D. & sparsim aliis pluribus huius Bibliothecæ locis.

D

B. DACRIANI Abbatis; Spiritualis vitę Documenta: tom. 5. col. 1347. Eiusdem; Speculum Monachorum: tom. 5. col. 1351

S. DAMASI, Pontificis Maximi; aliquot Sanctorum, poëtica elogia: tom. ~~4. col. 980.~~ 8. 985.
Hunc, multa & breuia Volumina, Heroico metro edidisse; scribit Honorius Augustodun. libro de luminaribus Ecclesiæ; cap. 103. 11. DEC.

DANIELIS Monachi, de vita S. Ioannis Clymacis, Opusculum: tom. 5. col. 307

S. DIADOCHI, Episcopi Photices, in vetere Epiro Illyrici; capita centum, de Perfectione spirituali: interprete Francisco Turriano, ex S. Societate pretiosissimi nominis Iesu Theologo: tom. 5. col. 446

B. DIONYSII, Abbatis Romani (cognomento, Exigui) ad Fœlicianum Pastorem; in Litteras Procli, ad Armenios, Epistola: to. 3. col. 545
Huius meminit Platina, in Bonifacio 2. Sigebertus, lib. de viris illustribus, cap. 27. Xistus Sen. Biblioth. lib. 4. aliáque nonnulla scripsisse, & composuisse mira ratione calculum Paschalem.

S. P. N. DIONYSII, Archiepiscopi Alexandrini: ad Basilidem, Epistola; cum Commentariis Balsamonis Patriarchę Antiocheni: to. 3. col. 703

Transcriptum Cedulæ reuocationis quorundam Articulorum F. Dionysij SOVLECHAT, Ordinis fratrum Minorum; publicè, in Disputationibus solennibus, per eum, semel atque iterum factæ, Parisiis & in curia Romana; Anno Domini, 1365. & 1369. tom. 4. col. 1373.

B. DOROTHEI, Archimandritæ; de vita rectè & piè instituenda; Doctrinæ, siue Sermones, 24: Hilarione, sacræ Cassinensis Congregationis monacho doctissimo, Interprete: tom. 2. col. 803.

S. DOROTHEI, ~~Martyris & Episcopi Tyri, qui sub Constantino magno vixit,~~ de vita ac morte Prophetarum & Apostolorum; Synopsis: tom. 7. col. 135

B. DRACONTII, Poëticum Hexameron; seu, de Opere sex dierum, Liber: to. 8. col. 969

DREPANII FLORI; non illius quidem, Latini Pacati Drepanii, qui Theodosio Augusto Panegyricum dixit Romæ; sed, eo iunioris alterius cuiusdam Poëtæ Christiani; ad aliquot Dauidis Psalmos, Carmina preterea, & alia quędam Poëmata; videlicet, Hymni; &, ad amicos, Epistolæ. tom. 8. col. 728.
Hic videtur esse ille Drepanius, cuius meminit Sidonius, lib. 8. Epistola 11.

B. DROGONIS; primùm Abbatis sancti Ioannis Laudunensis, deinde Hostiensis Episcopi; de sacramento Dominicæ Passionis, Sermo: to. 2. col. 447

B. DVRANDI, Leodicensis Episcopi; de Corpore & Sanguine Domini; contra Brunonem Andegauensem Episcopum, & Berengarium Turonensem; ad Henricum primum, Galliarum Regem Christianissimum, Epistola: to. 3. col. 1291

DYDIMI Alexandrini, qui Præceptor Diui Hieronymi fuit; de Spiritu sancto; Libri tres, Diuo Hieronymo interprete: tom. 9. col. 475. Eiusdem; in Epistolas Canonicas; breuis enarratio: tom. 9. col. 473

E

ECCLESIARVM quæ per Illyricum & Dalmatiam constitutę sunt; ad Symmachum Pontificem; Maximum Epistola: tom. 3 col. 579

IDIOTÆ,

D. ME-

S. PACIANI,

P

FINIS.

INDEX CHRONOLOGICVS AVTHORVM FERE OMNIVM, QVORVM OPVSCVLA ET FRAGMENTA, HVIVS BIBLIOTHECÆ nouem Tomis comprehenduntur; quàm accuratè fieri potuit, descriptus: ipsius etiam Chronologiæ rationibus, frequenter adiectis, per M. D. L. B.+

+ [illegible]

SYBILLA: testatur ipsamet; se, euasisse diluuium in Archa Noë.

Aristeas: vixit, regnāte apud *Aegyptios Ptolomeo Philadelpho*.

SECVLVM PRIMVM.

S. *Maria Virgo Dei-para*.

S. *Iacobus, Apostolus & frater Domini*.

S. *Marcus, Apostolus & Euangelista*.

S. *Martialis, Apostolus & Episcopus Lemouicensium, Confessor*.

S. *Hermas*: cuius meminit D. Paulus in Epistola ad Romanos: *Martyrol. Romanum*.

S. *Prochorus*, D. Ioannis Euangelistæ discipulus: fuit vnus de 7. primis Diaconis; fide autem & miraculis clarus, Martyrio coronatus est: *Martyrol. Romanum*. Nicomediæ præfectum Episcopum à S. Paulo, tradit Sophronius in fragmento de certaminib. & peregrinationibus SS. Petri & Pauli; huius Biblioth. tom. 7.

S. *Linus P. M. Martyr*.

S. *Theophilus, Archiepiscopus Antiochenus, & martyr*: ~~in proprio dogmate, Basilicam Deo dicauit cum Antiochiæ ageret S. Petrus: sanctissimo è Lucas, & eum apostolicorum historiam, ad eum scripsit~~. Vide, quæ initio Opusculorum illius adscripsimus; huius Biblioth. tom. 1.

S. *Ignatius, Episcopus Antiochenus, Martyr*.

SECVLVM SECVNDVM.

S. *Polycarpus, Smyrnæorum Episcopus, Martyr*.

S. *Pius I. P. M. & Martyr*: passus, Antonino Pio; vel, vt alij, M. Aurelio Antonino, & Lucio Vero Impp.

S. *Hegesippus*: is esse non potest quem Eusebius, Ecclesiast. Hist. Lib. 4. Cap. 11. apud Anicetum PP. vixisse tradit; vt doctè coniicit Renatus Laurentius, ex eo quòd Lib. 3. Cap. 5. ait, Antiochiam; tertio loco, antè, ex omnibus quæ in Orbe Romano essent Ciuitatib, æstimatam; quartò demùm censeri, postquam Constantinopolis excreuit Ciuitas Bizantiorum.

Athenagoras, Atheniensis; ex Philosopho, Presbiter: cum Apolinari, obtulit Apologiam pro Christianis, M. Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo Impp. ad annum. 181.

Melito, Sardensis Episcopus: obtulit M. Antonino Vero, Apologiam pro Christianis.

Tatianus, Assyrius: vt ipsemet testatur in Oratione contra Græcos; *Hæc, vobis* (inquit) *o Græci; Tatianus ego, barbara Philosophia sectator, composui, natus apud Assyrios*; &c. cuius Orationis Authorem; S. Hieron. in Cathalogo, Cap. 29. disertè dicit fuisse discipulum Iustini Martyris.

Tatianus Alexandrinus: sic nominat præscriptis verbis, Authorem Cōsonantiæ 4. Euangeliorum, Victor Capuanus in Præfatione ad illam Consonantiam; idque ex Eusebio ad Carpianum. nec, eius sentētia, vllus dubitandi locus superest, quin idē sit cum Assyrio; & ortus non Alexandriæ quidem Ægypti, sed altera Assyriorum. ✱

SECVLVM TERTIVM

S. *Hipolitus, Portuensis Episcopus & Martyr*: scripsit vsque ad annum primum Alexandri Imperatoris: D. Hier. in Cathal. Script. Eccl. Cap. 61.

Tertullianus.

Clemens Alexandrinus: Origenis præceptor; Hieronym. in Cathalog. Cap. 38.

S. *Gregorius Taumaturgus, Archiepiscopus Neo-cæsariensis*: clarere cœpit in Origenis schola; ad annum Christi, 223.

S. *Cornelius I. P. Maximus, & Martyr*: passus Imp. Decio.

Ammonius Alexandrinus:

S. *Zeno, Veronensis Episcopus*: passus, Galieno imperante, ad annum. D. 260. vide, quæ de illo scripsit illustrissimus Cardinalis Augustinus Valerius Veronensis, in Epistola sua ad sanctiss. D. nostrum D. Sixtum V. P. M. nuncupatoria Sermonum S. Zenonis, tum primùm editorum.

S. *Dionisius, Archiepiscopus Alexandrinus, ~~Martyr~~*: anno 12. Galieni Imp. Christi verò, 270.

~~S. Sixtus II. P. ex Philosopho Pontifex Romanus: passus ad annum 260. persequutione Valeriani & Galieni Impp.~~

S. *Victorinus (siue, Vistarius) Pictauiensis Episcopus, & Martyr*: passus, imperante Diocletiano.

S. *Petrus, Archiepiscopus Alexandrinus, Martyr*: passus anno nono persequutionis Diocletiani. vide, quæ in eius vita scripsimus, initio Opusculorum illius; tom. 2. huius Biblioth.

SECVLVM QVARTVM.

L. *Cœlius Lactantius*: extrema senectute; fuit, in Gallia, magister Cæsaris Crispi, filij Constantini, qui à patre posteà interfectus est: Hieron. in Caihalogo, Cap. 80.

C. *Iuuencus; floruit sub Constantino Principe. Hieron. in Cathalogo, Cap.* 84.

Anonymus Author Poëmatis in Christi laudem: vixit imperante & iam tum Christiano Constantino, vt indicant postremi hi versus illius: *At nunc, tu; dominum, meritis; pietate, Parentem*; &c.

Victorem lætúmque pares mihi Constantinum; &c.

S. *Antonius Magnus, Abbas*.

S. *Athanasius Alexandrinus*: obijt anno D. 370

Phœbadius; Agennensis, Galliarum; Episcopus.

Liberius P. M. scripsit ad Constantium, Augustam Imp.

Iulius Firmicus Maternus: dicauit Opus suum, Constantio & Constanti Augg.

Hermias, Philosophus Christianus.

Caius Iuuencus, Presbyter Hispanus: scribere se imperante Constantio, hoc Versu testatur: *Hæc mihi pax Christi tribuit*; &c. *Quam fouet indulgens, terræ regnator apertæ, Constantius*, &c.

~~S. Marius Victorinus, Afer, &c. vixit sub Constantio Imp.~~

S. *Pacianus Barsilonensis Episcopus*: Dextro illius filio, suum Scriptorum Ecclesiasticorum Cathalogum inscripsit S. Hieronymus.

~~Claudius~~ *Marius Victorinus, ~~Orator Massiliensis~~* Afer: Romæ docuit Rhetoricam, imperante Constantio; vt scribit S. Hieronymus, in Cathalogo Scriptorum Ecclesiast.

S. *Dorotheus, ~~Episcopus~~ Tyri, Martyr*: Hic consummauit Martyrium, Edessæ; imperante Iuliano Apostata. negat verò eius esse hoc Opusculum, sed alterius cuiusdam Abbatis; atque ita inscriptum in Vaticana legisse ait D. Cæsar Baron. in Martyrol. Rom. Nou. Iun.

S. *Titus, Bostrorum, in Arabia, Episcopus*

† [illegible]

✱ [illegible]

Victor, *Presbyter Antiochenus*: floruit scripsitque vterque, ad imperantis Iuliani Apostatæ tempora.
Nouatus Catholicus.
S. Martinus, *Archiepiscopus Turonensis.*
Didimus Cæcus, *Alexandrinus*: excesserat. 83. ætatis annum scripserat que plurima, cùm S. Hieronymus Scriptorum Ecclesiasticorum Cathalogum describeret.
Gregorius Beticus, *Episcopus Illiberitanus*: qui paululùm absuit quin (iubente Osio Cordubensi qui extremæ senectute, ab Imp. Cõstantio perterritus, cùm Arriana impietate consentiebat) exularet: Honorius Augustodunensis; Lib. de Luminaribus Ecclesiæ; post Isidorum, Libri de Viris illustrib. Cap. 1.
S. Philastrius, *Episcopus Brixiensis*: Heresi post Apostolos nata, sexagesima tertia; scribit effluxisse à Domino vsque nunc (cùm scilicet scriberet) annos. 530.
S. Damasus, *P. M.* iniit Pontificatum ad annum. D. 369.
S. Basilius Magnus migrauit ad Christum, Impp. Valente & Valentiniano; ad annum D. 380.
S. Gregorius Nyssenus: floruit sub Valentiniano & Valente; obijt verò vltima senectute, anno 16. Theodosij; Christi verò. 394.
S. Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus: adfuit subscripsitque Concilio 1 Constantinopolit. Theodosio magno imperante; & scripsit tamen ad Imperatorem Constantium, de signo Crucis, in cœlo, Hierosolymis apparente; huius Biblioth. tom. 2.
Timotheus, *Presbyter sanctissimæ magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ*; *&c.* Hunc 47. Cõstãtinopolitanum Episcopũ numerat; eius verò successorem, Ioannem Cappadocem Presbyterum Syncellum illius: quod ipsemet indicat satis; cùm, *sanctissime Sacrorum comminister Ioannes* (ait) *& mihi, omnium dilectissime*; &c. initio sui rescripti; huius Biblioth. tom. 6.
Timotheus Patriarcha Alexandrinus: cum Timotheo Constantinopolit. & Cyrillo Hierosolymitano, adfuit Concilio Constantinopolitano. 1. centum quinquaginta Patrum, sub PP. Damaso, Impp. Gratiano & Valentiniano; vt scribit Socrat. Ecclesiast. Hist. Lib. 5. Cap. 8.
S. *Ambrosius.*
S. *Hieronymus.*
Theophilus Archiepiscopus Alexandrinus.
Ioannes, *Hierosolymorum Episcopus*. 44.
Sophronius, *Presbyter Hierosolymitanus*: cuius meminit, meo iudicio S. Hieronymus, in Scriptorum Ecclesiasticorum Cathalogo, Cap. 1.3.4; & quem alioqui non puto, in Hierosolymitana Sede, Patriarcham vnquam sedisse; cùm illum non nominauerit Nicephorus in Chronologia.
S. Epiphanius; *Constantiæ vrbis*, *insulæ Cypri*; *Episcopus*: nonnihil litium intercessit ei, ætate extrema, cum S. Ioanne Chrysostomo.
S. Optatus, *Episcopus Mileuitanus*: testatur ipsemet. 1. & 3. Libro, se scripsisse ad annũ. 60. ab indicta Diocletiani Persequutione, quę Indictio incidit in annum Christi 302. vide Scholiolum nostrum ad Can. 1. S. Petri Alexandrini; huius Biblioth. tom. 2.
S. Chromacius, Aquileiensis; *siue*, *Romanus*, *Episcopus*: ad eum scripserunt circa imperantis Honorij tempora, SS. Hieronimus, Chrysostomus, Ambrosius. consule D. Baronij Martyrologium Romanum.
S. *Paulinus*, *Episcopus Nolanus.*
Paulinus *alter. V. Consularis.*
S. *Maccharius*:
S. *P. N. Marcus Heremita.*
Marcus Exercitor.
Nicolaus alter qui ad Marcum Exercitorem scripsit.
S. *Ioannes Climax*:
D. Ioannes, Abbas *Raythu.*
B. Isaias, *Abbas.*
Theophilactus.

SECVLVM QVINTVM

Quintus Iulius Hilarion: scripsisse illum anno Christi 400. & quod excursis apparet ex eo quòd, *à Passione Domini*, (inquit) *in Consulatu Cæsaris*, *& Attici*, *transierunt anni*. 369; &c.
S. *Sixtus* 111. *P. Maximus.*
S. *Augustinus Hipponensis Episcopus.*
S. *Amphilochius Episcopus* Iconij: magno Basilio & Nazianzeno fuit familiaris.
S. *Gaudentius*, *Episcopus Brixiensis*: Tempora sua indicat describitque hiverbis, in Præfat. ad Beniuolum: *Nec mirum si hodie taliter in timore Domini conuerseris*; &c. *vt imbutum te ad mirabilibus doctrinis*, *Apostolici per omnia viri Patris nostri Philastrij*, &c. *nostr nánque temporis regina Iesabel*, *Arrianæ perfidiæ patrona simul ac socia*, *cum beatiss. Ambrosium Ecclesiæ Mediolanensis Antistitem persequeretur*, *te quoque ea tempestate Magistrum memoriæ*, *oblitum fidei salutaris arbitrata*; &c.
Basilius Archiepiscopus Seleuciæ, *Metropolis Isauriæ*: adfuit Synodo Constantinopolitanæ, deinde & Ephesinę (quę prophana, seu latrocinalis dicta est) Coss. Flauijs Zenone & Posthumiano: deinde & Chalcedonensi; cuius Act. fiue Cognitione. 1. finita anno D. 417. &c. damnatus est cum Iuuenal Hierosolymitano &c. 5. aliis qui cum eo, Synodi Ephesinę illius potestatem & principatum tenuissent; vt caderet de sãcta Synodo & existeret alienus ab Episcopatûs dignitate: Cùm autem Marcianus Imp. Concilio permisisset, de illis deliberare; restituti sunt in integrum, & magno Concilij applausu, rursum in eo consederunt, Act. 5. & sequentibus; quibus, vna cum alijs Episcopis, statuentes, consenserunt subscripseruntque; pręsentib. Marciano Imp. & Pulcheria Augusta, Act. 6. Consulatu Martiani, & qui nunciatus esset, 8. Kal. Nou.
Idacius; *cognomento*, *Clarus*; *Lemicæ*, *vrbis Hispaniarum*, *Episcopus.*
S. Sulpitius Seuerus, *Bituricensis Archiepiscopus*, *discipulus S. Martini*:
Seuerus Rhetor.
Philo, *Carpathiorum Episcopus*: vide, quæ initio Commentariorum illius adscripta sunt à nobis.
S. Proclus Patriarcha Constinopolit. discipulus S. Ioannis Chrisostomi, claruit Theodosio iuniore imperante.
Bacchiarius: vixit tempore S. Augustini. eius verò sẽtẽtiarum de fine Salomonis, meminit Fulbertus Carnotensis, Epistola 64. ex scripsit verò nonnulla de eodem argumento, Epist. 95. quæ habentur in Bachiarii Epistola ad Ianuarium, de recipiendis lapsis; huius Biblioth. tom. 3.
Aurelius *Prudentius* Clemens
Paulus Orosius.
Euagrius Monachus: hunc Gregorij Nazianzeni in Episcopatu suo Constãtinopolitano Archydiaconum dicit Nicephorus, Ecclesiasticæ Hist. Lib. 11. Cap. 42. & 43. citat ex eius Operib. multa de Patrũ dictis; quæ cùm occurrant in Opere illo cui titulus est, SS. *Ægyptiorum Anachoretarum Apophtegmata*, huius Biblioth. to. 9. existimò illum esse huius Operis authorem.
Simeon Stylites.
S. *P. N. Gregentius*, *Archiepiscopus Tephrensis.*
S. Cyrillus Alexandrinus.
S *Gelasius P. Maximus*:
Palladius
Faustinus Episcopus: scripsit ad Flaccillam (sed fortè, meliùs; *Placillam*) Imperatricem, magni Theodosi coniugem Augustam, Valentiniano & Theodosio Impp.
S. *Vicentius Presbyter Lyrinensis*: subscripsit Rhegiensi Concilio in Gallia Narbonensi; anno D. 439. Episcopi Constantiniani, vel Constantini, aut etiam Constantij, vice; ac deinde etiam Carpentoractensi; anno, post Rhegiense, paulò plus minus 5.
Iunilius, *Episcopus Affricanus.*
Caius Cælius Sedulius; *Presbyter*, *seu Episcopus Scotus*: hoc Carmine dicauit Poëma suum, Theodosio 1. Augusto:

Romulidum

Romulidum ductor; &c. *dignare, Maronem*
Mutatum in melius, diuino agnoscere sensu;
Scribendum famulo quem iussisti; &c.
Hac relegas seruésque diu, tradásque minori
Arcadio; &c: proinde, minùs benè (opinor) Sigebertus ait claruisse imperantibus magni Constantini filijs; Lib. de Viris illustrib. Cap. 6. Magnus enim Theodosius, Arcadij pater, à Gratiano lectus Imperator, composita & tranquilata Rep. (vt Orosius loquitur, Hist. Lib. 7) obijt Mediolani, relicto Imperij hærede, Arcadio filio, ad annum Christi 396.

Liberius Poëta.

Bellisarius, Poëta.

Proba Falconia.

S. *Claudianus Mamertus, Viennensis Galliarum Episcopus:* ad annum Christi 452 (quo etiam Galliarum rex Clodoueus baptizatur) concepit animo Rogationes; tacitusque, titum earum omnem definijt cum Deo. S. Ado, in Chronicis. ✱

Faustus, ex Lyrinensi Monacho, Rhegiensis, Galliarum, Episcopus: Huius meminit S. Hormisdas. P. M. in Epistola ad Possessorem, huius Biblioth. tom. 4.

Lucidus Presbyter.

Theodulus Cæle-Syriensis Presbyter: multa conscripsisse & clarum haberi, scribit Marcellinus Comes, in Chron. Indictione. 5. fine Coss. ad tempora Zenonis & Basilisci Impp. huius Bibliothecæ, tom. 7.

S. *Victor, Vticensis Episcopus:* scripsit anno 60. postquam Vandali, in Africam, ex Hispania transierunt.

Æneas Gazæus: vidisse, se, elingues illa tyrannide qua magna Lybia tum premebatur, Sacerdotes loquentes, & miratum, vocem adeò articulatam esse posse, ipsemet testatur ad finem Libri sui.

Antonius Constantiniensis: scripsit ad Arcadium exulem tyrannide Genserici Regis Vvandalorum.

Agnellus Episcopus Rauennaten.

Carealis, Castellēsis Episcopus: scripsit sub Persequutione & Tyrānide Vvandalorum in Affrica.

Marcellinus comes, V. C: vidit aliquantos Sacerdotes, ex Martyrum Affricanorum contubernio, religiosissimos, integra voce, apud Bizantium loquentes: &, in his, adolescentem vnum qui à natiuitate sua sine vllo sermone vixisset, mox, precisa lingua loquutū, Deo gloriam in primo vocis suæ exordio dedisse, Fidem proffessū quā (sine humano auditu, Christo credens) didiscerat, Indictione 7. Coss. Theodorico & Venantio, huius Biblioth. tom. 7.

S. *Alcimus Auitus, Archiepiscopus Viennen:* multa de illo, S. Ado in Chronicis, ad annum. D. 492.

[illegible]

SECVLVM SEXTVM

S. *Symmachus PP.* 53: imperante Anastasio, ad quem scripsit Apologeticum, Apostolicum Thronum conscendit anno Christi, paulo plus minus. 500.

Ecclesia Illyrici: ad Symmachum P. M. scripserunt.

S. *Paschasius, S. R. E. Diaconus:* fauit Laurentio, aduersùs. S. Symmachū PP. qui Pontificatū Maximum init ad annum D. 500.

Turcius Ruffus Asterius. V. C. Ex-consul ordinarius, &c: Flauii Præsidij Collega in Consulatu, imperante Anastasio, fuit.

Rusticus Helpidius, Ex-inlustris, Ex-quæstor: vixit, Medicus Theodorici Regis Gotthorū, imperante Anastasio.

S. *Vigilius, Episcopus Tridentinus, Martyr.* ✝

S. *Cæsarius Arelatensis:* subscripsit Concilio Agathensi, Cos. Messala, anno D. 506. Vide multa, in D. Baronij Martyrol. Romano.

Sidonius.

S. *Diadochus Episcopus Photices in Vetere Epiro Illyrici:* Libri illius Cap. 108. citat Maximus Confessor qui contra Monothelitas decertauit: Photius verò Constantinopolit. in Myrio-biblo, hunc Librum illius legisse se testatur.

S. *Salonius, Viennensis, Galliarum, Archiepiscopus.*

Saluianus, Massiliensis, siue Presbyter, siue Episcopus: Præfatur ad S. Salonium Viennēsem, in Libros suos de Dei Prouidentia, & alios ad Ecclesiam Catholicam, paulò senior non in Episcopatu tamen, quàm ille: eum enim & Veranium, discipulos quondam suos, admirandissimos iuuenes appellat, licet iā tum Magistri Ecclesiarum esse incœpissent: vide quæ annotauimus ad initium Opusculorum S. Salonij, huius Biblioth. to. 1. præterea, Saluiani Epistolam 7 ad Aprum & Verum, & 8. ad Eucherium Episcopum.

S. *Hormisdas* PP.

Iohannes Maxentius: Hunc, Ioannem Capadocem Presbyterum, ex Timothei Syncello, eius successorem in Constantinopolitano Patriarchatu. 48. dicit Niceph. in Chronologia. Anno D. 518. congregauit Concilium Constinopoli, imperante Iustino seniore, cui Concilio subscripsit Theophilus, primùm Gnidi, ac deinde Heracleæ Episcopus, ad quē scripserat Dialogum suum contra Nestorianos, Libris. 2. Senem, se fuisse dum illud Concilium celebraret, testatur his verbis: *Scitis labores meos quos & in antiquitate existens subibi & nunc sustineo pro fide vsque ad mortem.* &c. Euphemium & Macedonium Constantinopolitanos Pathriarchas in Diptycha refferri cùm ab eo postularent omnes Ordines in illo Concilio, de Timotheo illorum successore tacuerunt, quia vixisset Theopaschyta. ✝ Eiusdem Maxentij Libellus Fidei (cuius initium est; *redditis mihi Literis:* finis verò, *Coss. Domino Iustino Imperatore Augusto, & Heraclio, viris clariss.*) directus ad Hormisdam PP, habetur inter Decreta eiusdem Hormisdæ, Conciliorum To. 2. & in eo sigillatim nominat Sedis Apostolicæ Legatos, Germanum, Ioannem, &c. quos initio Præfationis in suam fidei Confessionem, huius Biblioth. To. 4.

Ferrandus Diaconus.

S. *Ioannes I. P. M. & Martyr.* Scripsisse illum Iustiniano imperante, testatur illud ex eius Epistola: *Iustinianus siquidem filius noster, vt eius Epistola tenôre cognouistis, de his 3. quæstionib. orta fuisse certamina, significauit,* &c. *probauimus in his, catholicam Imperatoris fidem.* &c.

Zacharias, ex Scholastico, Mytilenensis Episcopus: deputatus à Mena Patriarcha, & Concilio Constantinopolitano. 2, œcumeniço 5. 165. Patrum, contra Anthimum & Theodorum sub Vigilio PP. temporibus verò Iustiniani & Iustini Impp: cum Vosporio Neocæsarien. Metropolita. Prouinciæ Ponti Polemoniacæ. & Acacio Pessinūtino, ad notificandum Anthymo quæ à Concilio gesta essent de eius exauthoratione ab Episcopatu Constantinopolitano, & inuitare ipsum infra 3. dies ad Synodum, ad faciendum super annunciatis congruam satisfactionem, retulit cum alijs, quæ in ea regesserant, subscripsitque Concilio, post Consulatum Fl. Bellisarij.

Leontius, Ex-aduocatus, Constantinopolitanus: in enumeratione Sectarum quæ post Synodum Chalcedonensem natæ, postremos nominat Agnoïtas, in Episcoporum autem Alexandrinorum serie, Eulogium, Actione. 5. & Act. 10.

Dionysius Abbas Romanus, cognomento, Exiguus: Bonifacio 2. P. M. sedente, Paschæ calculum, mira ratione componit & laudatur: Platina, in Bonifac. 2.

Arator. S. R. E. Diaconus Cardinalis: dicauit Poëmata sua, Vigilio. P. M. quin Pontificatum Ecclesiæ Catholicæ inijt ad annum D. 537.

S. *Iustus, Episcopus Orgelitanus:* cum Iustiniano fratre suo, floruit in Hispaniis, temporibus Teudi Principis Gothorum, vt scribit Isidorus, Libro de illustrib. Ecclesiæ Scriptt. Cap. 20. & 21. imperante Iustiniano.

Daniel Monachus: indicat, se fuisse discipulum Abbatis Ioannis, illius (ni

✱ [illegible]

✝ [illegible]

✝ [illegible]

fallor) ad quem, S. Climachus, Climacem suum scripsit: *Testis est* (inquit) *Pastor noster optimus Ioannes, à quo, magnus ille exoratus de monte Syna, suas inscriptas à Deo Tabulas ostendit nobis*; &c.

Dorotheus Archymandryta: non ille quidem Acephalorum propugnator, sed alter quidam, cuius doctrinam Pathriarcha Tharasius per manûs Parentum traditam venerabatur, ait Author Anonymus in Præfatione ad Dorothei doctrinas.

Rusticus S. R. E. Diaconus Cardinalis: scripsit vixitque ad Vigilij PP. tempora: vide porrò quæ ad illius Opusculi initium adiecimus.

Oresiesis Abbas, vel, vt quidam, *Oriesiesis*; aut, *Oresiesis*; Pachumij & Theodori fuit æqualis, vt scribit Gennadius in Cathal.

Heraclides, Cappadociæ Archiepiscopus.

S. *Isaacus Presbyter Antiochenus.*

Apponius: citatur à Beda Venerabili, Angelomo, & iuniorib.

Agapetus Diaconus: habuit Sermonem ad Iustinianum Imp. vt testatur titulus Expositionis siue Homeliæ illius.

Gildas sapiens, Presbyter.

D. Martinus Dumiensis, seu, Gallicienfis Episcopus: floruit, regnante Theodemyro Rege Sueuorum; quibus temporibus Iustinianus in Rep. & Athanagildus in Hispaniis Imperium tenuêre: Isid. Lib. de Scriptt. Ecclesiasticis, Cap. 22. de eius obitu, vide Greg. Turon. Historiæ Fancorum, Lib. 5. Cap. 37; de Myro autem Rege Galliciorũ, quem Isidorus Theudemirũ; vide cap. 41.

S. *Nilus, Episcopus & Martyr:* claruit sub Theodosio iuniore.

Synesius Cyrenæus, Ptolemaïdensis Episcopus: à Theophilo Alexandrino, Ptolemaïdis Episcopum ordinatum fuisse; altáque de illo multa, lege apud Nicephor. Ecclesiasticę Hist. Lib. 14. cap. 55.

S. P. N. Marcus Anachoreta.

Andreas, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus.

Chrysippus, Presbyter Hierosolymitanus.

Olympiodorus, ex Philosopho Peripatetico, Monachus.

S. Laurentius Episcopus Nouarum.

S. Columbanus: illum obiisse meminit Sigeb. in Chronicis, ad annũ. 598.

Eudoxia Imperatrix: nupsit Theodosio iuniori, Imperatori.

Andreas Hierosolymitanus.

Dracontius poëta.

Theodorus Lector: prosequitur Historiam suorum Collectaneorum, vsquè ad Zenonis imperium.

S. Gregorius, Turonẽsis Archiepiscopus: scripsit Libros 10. Historiæ Francorum, circa annũ Christi Resurrectionis 610: obiit verò anno Christi 594. cùm ipse ageret in Sede sua Turonensi, annum. 21.

S. Victor, Capuanus Episcopus.

~~*S. Senerus, Patriarcha Alexandrinus.*~~

Anastasius Sinaytes: plus semel ad eum scripsit Gregorius Magnus P. M. obiitque anno D. 598. vt notat D. Baronius in Martyrol. Romano, ad XI. Kal. Maij.

Anastasius alter Antiochenus Episcopus & Martyr: Synayię successit in Episcopatu Antiocheno; excarnificatus à Iudæis, anno septimo imperij Phocæ.

SECVLVM SEPTIMVM.

Honorius 1. P. Maximus.

S. *Maximus, Confessor:* Pontifice Honorio 1. imperante autem Heraclio, certauit aduersũm Monothelitas fortiter, scripsitque.

Thalassius Monachus: scripsit ad eum. S. Maximus Confessor, Librum de Scripturæ locis obscuriorib.

Anastasius Nicenus: is esse non potest qui Marciano imperante, ad annum Christi. 451. Synodo Calcedonensi adfuit, primùm quidem, Eusebio & Constantino Presbyteris vices eius agentibus ad 6. vsque Actionem qua ipsemet Synodo adfuit subscripsitque: Actione autem 13. porrectis cõtra eum Libellis, ab Eunomio Nicomediensi; quasi præsumpta aduersùs eum ab Anastasio Niceno iniustitia, & conturbatis absque consuetudine in Bithyniorum Prouincia Ecclesiasticis & Imperialib. formis quæ catenùs tenuisse noscebantur; cùm Ecclesiæ Basilinopolitanæ Clericos excommunicatos effecisset; Nicenum Episcopum, Metropolitani tantummodò honorem, habentem; Nicomediẽsi Prouinciæ ad exemplum aliorum Episcoporum subiacere, à S. Synodo iudicatum est. Neque item alter ille Anastasius Nicenus qui anno. 518. subscripsit Synodo Constantinopolitanæ, sub Ioanne Constantinop. contra Seuerum, item alteri sub Mena Patriarcha, anno 553, & cùm per lectionem sciuisset quæ facta erant, anathematizauit Seuerum & eius impia Scripta, & sequaces. Hic enim noster Anastasius, Quæstione. 77. citat Canonem 60. sextæ Synodi quæ plus vno seculo fuit posterior Constantinopolitana. 5. cui adfuit Stephanus Episcopus Niceæ.

Petrus, Laodicensis Episcopus.

Drepanius Florus: scripsit ad Moduinum Hedinorum Episcopum vndecimum à S. Syagrio Martyre, fratre Brunechildis Reginæ Galliarum; proindè illum esse non existimo, cuius vt senioris videtur meminisse Sidonius Apollinaris, Lib. 8. Ep. 11. ad Lupum.

Antiochus Abbas monasterij S. Sabæ: in Exomologesi sua; *fortitudinem nostram, decus & ornamentum; salutis inquam* (ait) *nostræ spem, nempè Crucem Christi tradidisti fidei aduersariis*; &c. quod Heraclio imperante accidisse est manifestum.

Venantius, Honoratus, Honorius, Clementianus, Fortunatus, Pictauiensis Episcopus:

Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus: vide, quæ ad frontem Homeliæ illius adiecimus.

Abbas Ioannes Moschus; cognomento, Eucratus: scripsit ad Sophronium Patriarcham Hierosolymitanum: qua ex re (opinor) accidit vt eius Pratum spirituale, Sophornii nomine citetur Actione. 4. 2. Synodi Nicenæ.

S. Seuerus, Patriarcha Alexandrinus: Liturgiæ & Sacramentorum Rituale, Christianis Ægyptiis idiomate & charactere Syriaco tradidit mox post Mahumeticam tempestatem (vt videtur) in Captiuorum solatium: Genebrardus in Chronologia; ad annum Christi, 646.

S. *Eligius, Nouiomensis Episcopus vicesimus:* adfuit scripsitque Concilio Cabilonensi primo; quod, tam Episcoporum communi voluntate quàm ex euocatione Domini Clodouei secundi Galliarum Regis fuit congregatum. Pro auferenda vero Symoniaca peste quæ à tempore Brunechildis Reginæ vsque ad Dagoberti tempora inualuerat; cum. S. Audoëno Archiepiscopo Rhotomagensi sollicitè inuigilauit, vt scribit Vincentius in Speculo Histor. Lib. 23. cap. 87.

B. Samonas, Gazæ Archiepiscopus.

Hesychius, Presbiter Hierosolimitanus.

Berengosus Abbas.

S. *Idelfonsus, Archiepiscopus Toletanus:* post Eugeniũ. 2; anno Christi. 662.

Georgius Pisides, Diaconus & Cartophilax Constantinopolit: dicauit Poëmata sua, Sergio Constantinopolitano quem Nicephorus in Chronologia, 58. Constantinopolitanorũ Episcoporum numerat; alter verò Nicephorus, de Heraclio scripsisse ait.

B. Philotheus Synaïtes.

Pantaleon, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus.

S. A*delmus, Orientalium Saxonum Episcopus:* Epistolæ suæ, cap. 7. citat Librum tricesimum Moraliũ Gregorij, Sedis Apostolicæ Præsulis; *à quo rudimenta fidei, & Baptismi sacramenta* (inquit) *suscepimus:* & cap. 22. S. *Agathæ rumores, & Luciæ praeconia* (inquit) *praeceptor & pedagogus noster Gregorius, in Canone quotidiano, pariter copulasse cognoscitur*; &c.

Antonius alter, Melissæ Author: cùm ex omnibus qui cõtra Iconomachos decertârunt; vix vnum Damascenum,

num, eumque semel citat; antiquiores verò penè omnes, eosque sæpius: dico, ante illorum tempestates vixisse, scripsisse.

S. Nicon.

Theoffridus Abbas.

DMFulco Parisiensis *Episcopus.*

Anonymus Author *Appendicis ad Historiã Francorum. S. Gregorij Turonensis:* ad Historiæ suæ finem, *post Clotarium, Chilperico mortuo* (inquit) *Theodoricũ regem statuerũt, qui nunc solij regalis obtinuit locum.* Et aliquantò post, vbi Sarracenorũ à Martello profligatorũ meminit, *curricula* (inquit) *annorũ à Paßione Domini reperiũtur* 735

Maximus Monachus.

S. Iulianus [redacted], *Archiepiscopus Toletanus:* scripsisse, se, Demóstrationem Ætatis. 6. contra Iudæos anno Christi 686. testatur ad finem Libri tertij.

Nicephorus, Cartophilax Cõstãtinopolitanus.

Manuel, Patriarcha Constantinopolitanus.

Cosmas Hierosolymites.

Metrophanes, Smyrnæorum Episcopus.

Petrus Apollonius Collatius, Presbyter Nouarriensis.

SECVLVM OCTAVVM.

S. *Gregorius.* 3. P. *Maximus:* inijt Ecclesiæ Catholicæ Pontificatum, ad annum Christi. 730.

S. *Germanus* Patriarcha *Constantinopolitanus:* eiectũ Pathriarchatu ab impio Leone Isauro, & obijsse ætatis suæ anno. 90. vide apud Niceph. in Chronolog. & Zonaram in Annalibus.

Theodorus, Presbyter Cænobij Raythu.

Idiota.

Dacrianus Abbas.

Mozarabes: hoc est, Christiani mixti Arabibus, & qui, intereà dùm Hispaniam Tyrãnide sua modis omnibus diuexarent dilacerarent Sarraceni & Iudæi, variis in Hispaniæ Ciuitatib. patriæ dulcedine pellecti habitauerunt tributarii & vectigales, eáque lege permissi in instituto & religione Christiana viuere & Ecclesiasticis vti ceremoniis vsque ad Almohadum Arabum in Hispaniã, aduentum. Hi enim, nullos omnino Christianos secum habitare patiebantur, sed cogebant omnino ad impietatem & Christi abnegationem, aut crudeli Martyrio enecabant: venerunt autem in Hispaniam, temporib. Regis Alfonsi. 7. Vasæus, 1. Tomo Chronicorum Hispaniæ, ad annum Christi. 717.

Theodorus Abucara, Episcopus Carũm: Disputationis. 4. contra Monophysitas, cap. 4. & 5. Mahumetẽ, cum Dæmone, Adamum ad Peccatum illiciente, comparat. Disputatione autem. 6. contra Sarracenos Theopaschytas, meminit Makensis & Magadensis (meliùs fortè, *Bagadensis*) Mesquitæ.

Alcuinus Abbas: natione Gallus vt putat Philippus Bergomas, in Supplemento, Libro 10. scripsit misitque ad Carolum magnũ Imp. tres Libros de Trinitate, anno. D. 770.

Marcus, Episcopus Idruntis.

Lucas Abbas *Montis. S. Cornelij.*

Anonymus Author *Præfationis in S. Dorothei doctrinas:* vixit, cùm esset Tharasius Patriarcha Constantinopolit. vt apparet ex eo quòd in illa sua Præfatione, *à Marco, Esaïa, Barsanuphio, & Dorotheo,* Acephalis (ait) *longè diuersißimi sunt hi, quos non solum à Patriarcha Tharasio (qui hoc tempore, summo Sacerdotio præest) traditos amplector,* &c.

SECVLVM NONVM.

Carolus Magnus Imperator.

Paulinus Aquileiensis *Episcopus:* scripsit ex decreto Caroli Magni Galliarum Regis & Imperatoris, quem Terræ Dominum vocat.

Basilius Macedo, Imperator Constantinopolitanus:

S. Methodius, *Confessor, Patriarcha Constantinopolitanus:* Nicephorus in Chronol. eum numerat. 82. Episcopum Bizantinum: migrauit ex hac vita, anno D. 847.

Amalarius Archiepiscopus Treuirensis: scripsit ad Ludouicum Pium Imp. Galliarum, Caroli magni filium.

Nicolaus. 1. P. *Maximus.*

Rhotaldus, Sueßionensis Episcopus.

Leo, cognomento, Philosophus, Constantinopolitanus Imperator.

S. *Nicephorus, Constantinopolitanus Chronologiæ Author:* in Cõstãtinopolitana Cathedra sedisse vnquam dici non potest, cùm deduxerit seriẽ Episcoporũ Constantinopolitanorum vsque ad Ignatium Eunuchum, qui. 6. à Nicephoro Tharasij successore, illius Ecclesiæ clauũ tenuit, Imperatorum verò, vsque ad Michaẽlẽ. 3. Theodoræ filiũ occisum in Palatio Mamartis, & Eudoxiã cõiugẽ Augustã Basilij Macedonis, quo imperãte scribebat, deinceps verò Nicephorũ nullũ Bizantij Patriarcham legimus. +

Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus.

Valfridus Strabo.

Photius Patriarcha Constantinopolitanus: sedit, imperante Basilio: porrò vide Additiones nostras ad Nicephori Chronologiam.

S. *Eulogius, electus Archiepiscopus Toletanus:* peregrinabatur in Galliis, imperante Carolo Caluo rege Francorum.

Aluarus Cordubensis.

S. *Theodorus Studites, Martyr:* Theophilo Iconomacho imperante.

S. *Theophanes, Nicea Episcopus Confessor:* S. Theodori Frater.

Theodulphus, Aurelianensis Episcopus: successorem habuit Ionam qui contra Iconomachos scripsit. Apud Ludouicum Pium Imp. falsò accusatus (fortè, quòd ab eius Liberorum Cæsarum, in patrem, consiliis non abhorreret) trusus in Carcerem Andegauẽsem, in signia edidit monumẽta: precipuè verò Versus illos qui in Ramis-palmarum, antè fores Ecclesiarum cantantur, *Gloria, laus, & honor tibi Christe,* &c. quos habes, huius Biblioth. to. 8.

Ionas, Episcopus Aurelianensis: contra Claudii Taurinensis Episcopi Iconomachi Libellum ad Theodomirum Abbatem, præcipiente & monente Ludouico Pio, Imp. & Rege Galliarum, quoddam Opusculum dirigere cœperat digesseratque magna ex parte cùm interiit Claudius: Sed quia in eius discipulorum mentibus, non illa modò, sed Arriana etiam Hæresis pullularet, hortatu Catholicorum, Opus quod prætermiserat, enucleatim discutiendum repetiuit, cúmque imperanti patri reddere nequiuisset, Carolo Caluo Galliarum regi, meritò offerendum iudicauit.

Pelegrinus, siue, Peregrinus, Laureacensis. hunc, Pelegrinum dicit, Pactauiensis Ecclesiæ Antistitem & Archiepscopum Laureacensem tricesimum primùm, vltimum tamen Adalberto successisse, anno Domini. 971. Patauiæ verò sedisse annis viginti sub tribus Othonibus Impp. & obijsse, anno. D. 99. Gaspar Bruchius, Libro, de Laureaco veteri.

Remigius Antisiodorensis: claruit, Carolo Caluo imperante.

Florus Magister: legi in M. S. Codice per-antiquo, illum adfuisse Concilio Carisiacensi, temporibus Caroli Calui, & scripsisse contra Amalarium Lugdunensem: proinde, is esse non potest qui Vsuardo antiquior fuit.

Guibertus, Abbas Gemblacensis: testatur ipsemet Sigebertus, se, vitam illius scripsisse, & plures, diuini eius Officii partes ordinasse & arte Musica mellificasse, Libro, de Scriptoribus Ecclesiast. ca. 172

Paschasius Rathbertus, Abbas Corbeiensis: claruit, Carolo Caluo, Galliarum Rege.

Galterus. 1. *Archiepiscopus Senonensis* quinquagesimus tertius: Eudonem, Roberti Comitis Andegauensis filium Galliæ Regem cõsecrauit, obiit anno Christi. 923

SECVLVM DECIMVM.

S. *Odo.* 1. *Abbas Cluniacensis:* auditor Remigij Antisiodorensis; claruit anno 920, Sigebertus verò illum obijsse notat, ad annum. 937.

Fulco, cognomento, Bonus, comes Andegauensis: scripsit ad Odonem Cluniacensem.

+ [illegible]

Fulbertus, Carnotensis quinquagesimus quartus Episcopus: Berengarium Cõscolasticum suum appellat Adelmanus Brixiensis, in Epistola sua quam habes huius Biblioth to. 5. nimirùm, quòd ipse maiusculus cum illo adolescentulo, in Academia Carnotensi sub Fulberto adoleuisset. Extant porrò Fulberti Epistolę duodecim, à 62 vsque ad 68. Robertum Regem Gallorũ. meminit, verò, se inuitatũ ad benedictionẽ seu inaugurationem Henrici. 1. regiæ prolis Roberti illius; Epistola. 43.

S. Ado, Viennensis Episcopus: produxit Chronicon suum vsque ad natum ex Carolo Simplice & Eagina filia Regis Anglorum, Ludouicum Francorum Regem. 28.

SECVLVM VNDECIMVM.

Petrus Damianus, S. R. E. Cardinalis Ostiensis Episcopus: scripsit ad Hildebrandũ P. M. qui Gregorius 7. dictus est, iniitque Pontificatum, anno. D. 1073.

S. Hildebertus, ex Cœnomanensi Episcopo; Turonensis Archiepiscopus: hunc appellat Hildebertum de Lauardino; ob scientiæ prærogatiuam promotum priùs in Episcopum, deinde in Metropolitanum: meminítque illius, & Vuichardi Lugdunensis Canonici; vt Versificatorum præstantissimorum; Bernardus Cluniacensis in Præfatione Libri, de Mundi contemptu, ad Petrum venerabilem Abbatem Cluniacensem.

Sigebertus: respondit Epistolæ quam Gregorius. 7. P. M. scripsit ad Hermanum Episcopum Metensem; preterea, Epistolæ Paschalis. PP, pro Leodiensi Ecclesia, vt ipsemet testatur Cap. postremò Libri sui de viris illustrib; alioquî fortè, Imperatoriæ potestatis assentione, factus in multis culpabilis.

D. Galo. S. R. E. Cardinalis: de eo scripsit Iuo Carnotensis, ad Paschalem. P. M. ad illum verò, vt S. A. Legatum & Episcopum Engolismensem; Hildebertus Cœnoman. Epist. 38.

Iuo, Episcopus Carnotensis sexagesimus.

Berno Abbas Augiensis.

Micrologus de Ecclesiasticis obseruationibus Author huius Libelli, Gregorio. 7. σύγχρονος fuit, & familiaris Anselmo Lucensi. de illo autẽ, Sigebertus, Lib. de Viris illustrib. Cap. 162: nos Librum vnum vidimus in quo, Micrologus Ioannis, inscriberetur; &c.

Drogo, S. R. E. Cardinalis & Hostiensis Episcopus: primus, à Bartholomęo 44 Episcopo Laudunẽsi ordinatus fuit. Abbas. S. Ioannis Laudun. cùm anteà in eo Monasterio esset Moniales deinde factus Cardinalis sub Innocent. PP. anno. 1120

Narbodanus, siue, Narbodus Episcopus Redonensis: Melanium & Moderantiũ antecessores suos dicit.

B. Durandus Leodiensis Episcopus: scripsit ad Henricum. 1. Galliarũ Regem; elegantẽ valde, contra Berengarium, Epistolam.

Adelmus, Brixiensis Episcopus: scripsit ad Berengarium.

Guit mundus. S R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Auersanus.

Lanfrancus, ex Abbate Cadomensi, Cantuariensis Archiepiscopus.

Radulphus de Rino, Decanus Tungrensis.

Odo Cameracensis.

Odo Parisiensis: vide, quę ad eius Opusculorum initium annotauimus.

B. Petrus Abbas Cellensis: dicauit Opusculum suum Ioanni Salesberiensi.

Gregorius Palamas, Archiepiscopus Thessalonicensis.

Ioannes Monachus Zonaras: vixisse, ad Alexij. 1. Comneni Imperatoris tempora; indicat, illud ex eius Oda. 9: Populum tuum, ab execranda hæresi Bogomilorum recens orta, Libera.

D. Constantinus Harmenopulus, Iudex Thessalonicensis, &c: non multò ante eius ætatem, exortam Bogomilorum hæresim scribit in Hęresi postrema.

Arnoldus Abbas Bonæ-uallis, Carnotensis: scripsit ad eum D. Bernardus, familiariter.

SECVLVM DVODECIMVM

Honorius. 2. P. Maximus.

Stephanus. 1. Eduensis Episcopus:

B. Potho, Presbyter, seu potiùs Episcopus, Prumiensis: vide, quę initiò Operum illius adscripsimus.

D. Theorianus, Manuelis Constantinopolitani Imp. Legatus ad Armenios: anno Christi 1170.

Nicetas.

Stephanus. 1. Parisiensis Episcopus: sexagesimus septimus, frater Ludouici Grossi, Regis Gallię.

D. Alexius Comnenus Imp. Constantinopolitanus: edidit suum istud Rescriptum de sacris Donarijs, anno Imperij sui. 2. qui incidit in annum ab Orbe condito. 4590, vt isthic annotatum est.

SECVLVM TERTIVM-DECIMVM

Beatiss. Seraphicus. P. N. Franciscus: obijt anno. 1226.

Petrus 2. Senonẽsis Archiepiscopus: septuagesimus secundus dictus, de Corbolio, pugnauit cõtra Albigenses.

Guillermus, Episcopus Parisiensis.

Athanasius Constantinopolitanus: quartũ iã annũ eo sacerdotio fũgebatur, cùm ab Andronico trusus est in carcerem Constãtinus Porphyrogenitus Imperator.

S. Edmundus, Cantuariẽsis Archiepiscopus, dictus, Virgo: obiit in Pontiniacensi Galliarum Cœnobio, anno D. 1246. vt in eius vita, Opusculorũ illius fronti adiecta descripsimus, huius Biblioth. Tom. 5.

B. Theodorus Balsamon, Pathriarcha Antiochenus: imposuit illi Isaaccius. 2. cognomẽto, Angelus cùm ad Pathriarchatum Cõstantinopolitanum, à Hiero solymitano, translatum & euectũ cuperet Dositheũ.

Vrbanus IIII. Pontifex Maximus: inijt Pontificatum anno. D. 1261.

Guillielmus. 1. Parisiensis Episcopus: sexagesimus tertius, Vrbani. 4. P. Maximi, temporibus.

S. Ludouicus, Galliarum rex Christianissimus: obiit anno. 1270.

B. Robertus, de Sorbona, S. Ludouici Christianissimi Galliarum Regis Pœnitentiarum Oeconomus.

SECVLVM QVARTVM-DECIMVM

Rabbi Samuel Marrochianus: scripsit anno. 1339.

Bonifacius. 8. P. M: celebrauit Iubileũ ineuntis Seculi. 14. anno. D. 1300. vt scribit Iacobus Cardinalis, Libri de Iubileo, Cap. 1.

Iacobus Cardinalis: promotus ad Cardinalatum, à Bonifacio. 8. vt testatur, eiusdem Libri sui, Cap. 2.

Odo, Cameracensis Episcopus tricesimus sextus, ex Tornacensi Abbate: obijt anno. 1113.

Nicolaus Oresmius, Episcopus Lexouiensis. Caroli 5. cognomẽto, sapiẽtis, Regis Galliarum, Præceptor.

Guillelmus. 4. Pariss. Episcopus octuagesimus primus, obiit anno. 1320. pontificatús sui, quintodecimo.

Theologi Parisienses. damnauerũt quosdam Articulos, anno D. 1344.

Stephanus. 4. Parisiensis Episcopus octuagesimus nonus; iniit Pontificatum, sub Vrbano. 5. P. M.

SECVLVM QVINTVM-DECIMVM.

Alexander. 5. P. Maximus: iniit Pontificatum, ad annum. D. 1409.

B. Hugo Ætherianus.

Hieronymus de sancta fide; ex Iudæo, Christianus: fuit medicus Benedicti. XIII. Pontificis Maximi.

Nicolaus Cabasilas.

Nicolaus Methonensis.

Gennadius Pathriarcha Constantinopolitanus: vixisse illum, ipso excidij Cõstantinopolitani tempore, & Mahumeti Regi Turcarũ fuisse tunc familiarem; vide in his quæ, Opusculorum illius initio, ex varijs Authoribus ascripsimus, huius Bibliothecæ tom. 4.

SECVLVM SEXTVM-DECIMVM.

Moses Bar-cepha, Episc. in Beithraman. &c.

Sulaca Pathriarcha Nestorianorum.

Anonymorum Authorum: vt nomina, sic tempora incerta sunt.

FINIS.

IDIOTÆ, VIRI SANCTI; DE VIRGINE MARIA; CONTEMPLATIO, QVAM IN GERMANICA ORTHODOXOGRAPHORVM EDItione, ab hæreticis sublatam, in hac Bibliotheca postliminio quidem restitueramus ex Parisiensi Editione anni 1538. nunc verò Typographorum incuria, licet prorsum alieno loco proponimus.

PROLOGVS.

O Homo quicunque es, probationem vitæ ingressus, misericordia Domini nostri Iesu Christi indiges, sine qua saluari non potes. Accede igitur per deuotam mentis cõtemplationem, ad gloriosissimam virginem Mariam matrem eius; quia per ipsã, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet Mundus & habiturus est omne bonum, scilicet superbenedictum Filium eius, Dominum nostrum Iesum Christum qui est omne bonum & summè bonum, & sine quo nihil est bonum, cùm solus bonus sit. Inuenta itaque virgine Maria, inuenitur omne bonum: ipsa nanque diligit diligentes se; imò sibi seruientibus seruit. Ipsa superbenedicto Filio suo irato, potentissimè reconciliat seruos & amatores suos. Tanta quoque est eius benignitas, quòd nulli formidandum est ad eam accedere: tantâque misericordia, quòd ab ea nemo repellitur. Imò donis & charismatibus ædificat seruos suos; vt superbenedicti Filij sui, & Spiritus sancti digna fiant habitatio. Ipsa, preces & sacrificia seruorum suorum, & maximè quæ sibi exhibentur, repræsentat in conspectu diuinæ maiestatis; quia est aduocata nostra apud Filium; sicut Filius apud Patrem: imò apud Patrem & Filium procurat negotia & petitiones nostras: & sæpè, quos iustitia Filij potest damnare, matris misericordia liberat, quia thesaurus Domini est & thesauraria gratiarum ipsius. Donis spiritualibus ditat copiosissimè, seruientes sibi; & potẽtissimè protegit eos à triplici aduersario, Mundo, Carne, & Diabolo: quia salus nostra, in manu illius est. Post Filium suum, Domina est vniuersæ creaturæ, & in futuro sæculo glorificabit seruientes sibi si eam honorificauerint in præsenti. Et ideo iuxta consilium cuiusdam deuoti serui eius; Mariam semper cogita, Mariam semper inuoca, non recedat ab ore, non recedat à corde. Et vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Cæteri enim Sancti, iure quodam patrocinij, pro sibi specialiter commissis plùs possunt prodesse in curia Altissimi quam pro alienis. Beatissima verò virgo Maria, sicut est omnium regina, sic & omnium patrona & aduocata; & cura est illi de omnibus. Longè enim positos, illuminat radiis misericordiæ suæ: sibi propinquos per specialem deuotionem, consolationis suauitate: præsentes sibi in patria, excellentia gloriæ. Et sic non est qui se abscondat à calore eius; id est, à charitate & dilectione ipsius. Vt autem à tua memoria non recedat; sequuntur aliquot Contemplationes quas deuotè legas, prout deuotio tibi à Domino suggeretur.

Quomodo Virgo Maria nos attrahat. CAPVT PRIMVM.

TRAHE *me post te*, ô benedicta virgo Maria; benedicta ante ortum, in ortu, & post ortum, A ante sæculum, in sæculo, & post sæculum. Trahe me post te, vt curram in odorem vnguentorum tuorum. Trahe me post te, quia retinet me peccatorum ponderositas. Trahe me post te; quia me colligat carnalis concupiscentiæ voluptas. Trahe me post te, quia decipit me hostium peruersorum maligna caliditas. Trahe me post te, vt perueniendi ad te augeatur mihi celeritas. Sicut enim nemo venit ad tuum Filiũ superbenedictum, nisi Pater traxerit eum: sic etiam quodammodo ausim dicere, quod nemo venit ad Filium tuum gloriosissimum, nisi tuis sanctissimis subsidiis traxeris eum. Trahe igitur me torpen- B tem, vt me reddas currentem. Trahe me peccantem, vt me reddas pœnitentem. Trahe me ignorantem, vt me reddas scientem, vt curram in odorem vnguentorum tuorum; id est, in fragrantiam sanctarum virtutum tuarum, quæ velut vnguenta redolent & fragrant, dolores mitigant & vulnera sanant. Tua vnguenta fragrantissima sunt: scilicet cœlestis sapientia, spiritualis gratia, & immarcessibilis gloria. Verbis enim tuis & exemplis doces veram sapientiam; quia doctrix es sapientiæ Dei: peccatoribus impetras gratiam, quia aduocata es miserorum; & honorantibus te, promittis gloriam, quia thesauraria gratiarum existis. Impetra tuis assiduis postulationibus, vt te laudem, te glorificem, te benedicam, tuas virtutes enarrem, tua mirabilia nunciem, tuam exemplarem & deïficam vitam prædicem; scripta de te, elucidem, vt habeam in laudibus tuis vitam æternã; imò, in vita æterna laudes tuas & superbenedicti Filii tui concinam, quia scriptum est; *qui elucidant me vitam æternam habebunt*: quod si de tuo Filio, qui est Dei sapientia, id dictum est: de te etiam quæ es eius superexaltata & superbenedicta mater; id negandum non est.

De pulchritudine virginis Mariæ. CAP. 2.

TOTA *pulchra es*, ô plusquam gloriosa Virgo Maria: tota pulchra es, *& macula non est in te*: tota pulchra es in anima, per virtutum & charismatum omnium perfectam pulchritudinem: tota pulchra es in tua Conceptione, ad hoc solum effecta vt templum esses Dei altissimi: tota pulchra es ex generatione Verbi diuini; qui est splendor paternæ gloriæ, qui est candor lucis æternæ, & speculum sine macula; in quem desiderant Angeli prospicere, cuius pulchritudinẽ Sol & Luna mirantur. Tuæ gloriosæ animæ nihil vnquã affuit turpitudinis, vitii aut peccati & nihil defuit spiri- S. Virgo Dei-para tota pulchra, in Conceptione.

tualis pulchritudinis, gratię & virtutis: Tot enim habuisti pulchritudines, quot virtutes: & singulas in altiori gradu quàm concessum fuerit post filiū tuum superbenedictū, puræ creaturæ: in his nanque similē nō habuisti, nec es habitura sequentem. In te omnes virtutes tā actiuæ quàm contemplatiuæ conuenerunt, & prę cunctis creaturis te admirabilem reddiderunt. Per virtutes actiuas, habuisti voluntatem mundissimā: per contemplatiuas, mentē purgatissimā. Non defuit tibi puritas Angelorū, non fides Patriarcharū, nō scientia Prophetarum, non zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorū, non innocentia aut humilitas Virginum: In summa, nullo genere vacasti virtutū, ô virgo plusquā beata. Quodcūque donum alicui Sanctorū vnquā datū fuit, tibi nō fuit negatum: sed omniū Sanctorū priuilegia omnia habes in te congesta. Nemo æqualis est tibi nemo maior te nisi Deus, quia Spiritus sanctus superueniens in te, & virtus altissimi obumbrans tibi, quæ eras omni virtutū ornamento prædecorata, pulchritudinē, puritatē, sapientiam & omniū virtutū gratiā adauxit & splendorem. Miranda illa obumbratio Spiritus sancti quæ te vno momento templum Dei irradiauit, & decorem tuum manifestauit & auxit: sicut Sol in semper ornatum thalamum incidens, gloriā eius occultatam repente nobis ostendit & illustriorē fecit. Tota igitur pulchra es Virgo gloriosissima, non in parte sed in toto: & macula peccati siue mortalis, siue venialis, siue originalis non est in te, nec vnquam fuit, nec erit: sed adest tibi omnis gratia naturalium bonorum, spiritualiū charismatum, & cœlestium donorū. Quantū enim distat inter odorē & gustū aromaticæ speciei, tanta est inter contēplationē tuā & aliorum Sanctorum distātia. Sicut enim singularem actiuam à Christo cœpisti vitam: videlicet eius humanam & diuinissimam naturā portare, lactare, lauare, pannis inuoluere, fouere, nutrire, lenire, amplecti, osculari, cęteráque eidem humanitatis officia exhibere: sic & dulcedinem suæ diuinitatis tibi singulariter degustandam indulsit, quia tota pulchra eras & macula non erat in te. Sed ô pulcherrima mulierum, qua temeritate audeo venire ad te: Ego turpis cogitatione & opere, ad te mundam, ego immundus: ad te immaculatam, ego immaculatus: & non solum maculatus, sed & vulneratus; imò nō solum vulneratus, sed etiam in cōspectu tuo & benedicti filij tui mortuus propter innumerabilia peccata, quæ cogitatione, consensu, & opere longis tēporum spatiis contraxi: & ita animam meam per susceptionem sacri lauacri purificatam multipliciter fœdaui, & sordibus vitiorum inquinaui, adeo vt abominabilis facta sit, & tibi & filio tuo superbenedicto. In tua autē pietate cōfidens, ô prębenedicta, cōbenedicta, & postbenedicta virgo Maria, te supplici corde precor, vt animæ meæ pio compatiēdo affectu, apud misericordissimū filium tuum intercedere digneris, quo eam immundā mundet: sicut ipsam purā fecit per baptismū, ita rursum hoc tempore purā reddat per pœnitentię & reconciliationis gratiam, vt tandē cum electis tuis vitā, ad te & superbenedictum filium tuum laudandum, obtineam sempiternam. Amen.

A

B Luc. 1.

Macula peccati originalis nunquam fuit in virgine Maria.

C

D

E

Per quæ designatur speciositas Mariæ. CAP. 3.

Speciositas tua, beatissima Virgo Maria, designatur per septuplicē speciē quæ in sacra scriptura inuenitur. Est nāque species oliuæ, de qua scribitur: Quasi oliua speciosa in campis. Est species colūbæ de qua canitur: *Vidi speciosam sicut columbam*. Est species Libani, de qua dicitur: *Species eius vt Libani*. Est species cœli, de qua legitur: *Species cæli cum visione gloriæ*. Est species ignis in nocte, de qua scribitur: *Operiebat tabernaculum quasi species ignis*. Est species arcus, de qua scribitur: *Vidi arcum & benedixi qui fecit illum, valde enim speciosus est*. Est etiam species Solis, de qua scribitur: *Est enim speciosior Sole*. Species oliuæ consistit, inter cætera in viroris amœnitate. Sic tua species, ô beatissima virgo Maria, consistit inter alia in fidei sinceritate. Et sicut viror paciferæ oliuæ delectat oculū corporis, sic fides tua quæ pacem inter Deum & hominem reperit, delectat oculum mentis. Species columbæ consistit in simplicitate, pulchritudine oculorum, colorum mutatione & varietate circa colum: Sic ô beatissima virgo Maria, species tua consistit in humilitate, pulchritudine sanctorum cogitatuum, & doctrinæ veritate quæ in collo intelligitur, quia doctrix fuisti doctorum, & magistra Apostolorum. Vnde & beatus Lucas, cui inter cæteros Euangelistas descriptio Dominicæ incarnationis attribuitur; Euangelii seriem à te virgine Maria, didicisse traditur. Species Libani consistit in continua virgultorum fœcunditate, & delectabilium florum cādore: & significat, ô gloriosissima virgo Maria, candorem tuæ fœcundæ virginitatis, quia tu es de qua dicitur: *Egredietur virga de radice Iesse; & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini*. De tua autem supereminenti virginitate iustè dici potest, quod scribitur: *Pulchritudinem candoris eius*, admirabitur oculus, species cœli, est in visione gloriæ: & significat in te sanctissima virgine Maria, contemplationis sublimitatem, de qua scribitur: *Species mulieris exhilarat speciem viri*, per quod intelligere quis possit, altitudinem contemplationis acceptam esse & placentem in conspectu diuinæ pulchritudinis. Species ignis consistit in ardore & splendore: in te autem ô beatissima virgo Maria, fuit ignis charitatis ardens & splendens ante Deum, & nos miseros peccatores protegens. Et sicut tu regina virginum nominaris, sic charitas illa tua, regina virtutum appellatur quia virtus nomen amittit, quæ charitati non famulatur. Arcus cœlestis non fit ex radiis Solis in humida nube & significat incarnationem Filij tui superbenedicti in te: tunc enim Sol iustitiæ qui est splendor patris ingressurus in mundum ascendit super nubem leuem, id est, sibi vniuit mundissimam carnem sine pōdere peccati: quod factum est de tua carne in tuo virginali vtero, & sic facta est visibilis imago Solis iustitiæ cum profusionis gratiarum plenitudine: vt sit visibilis imago Solis cum fit arcus, sed nō nisi in die profusionis pluuiæ. Species Solis consistit in splendentium radiorum emissione, & significat in te aduocata nostra Virgine Maria largā gratiarum effusionem in omnes qui se conuertunt ad te, quæ es Sole speciosior, & emissione gratiarum fœcundior. Tua ergo species, Virgo Maria, fuit in corporis castitate, in conscientiæ puritate, in exteriori cōuersatione, & in diuinorum contemplatione. Munda igitur cor meum in mundum & inquinatum, ô piissima Virgo Maria: & tuis precibus mihi obtine speciem spiritualem, per quam in seruitio tuo & superbenedicti filij tui placeam tibi in vitam sempiternam. Amen.

Eccl. 24.

Cant. 5.

Num. 9.

Eccles. 43.

Virgo Maria doctrix & Magistra Apostolorum.

D. Lucas didicit Euangeliū à Virgine Maria.

Eccl. 36. d.

Isa. 11.

Quod Maria sit templum Dei absolutissimum. CAP. 4.

INter omnia opera æterni Opificis, post operationē illam qua naturæ nostræ vnitus est filius tuus: speciale opus

ciale opus fuisti;ô beatissima virgo Maria! qui,ad hoc,te fecit;vt,quod de primò opificio fuerat deformatū,per A te reformaretur. Hic enim summus Opifex, primò cōsiderat Angelicā naturā,quæ in parte ceciderat; & humanam quæ corrupta erat;& corporeā inferiorē, quæ peccato hominis fuerat deterior effecta. Sed ad hæc omnia fecit te Deus,virgo Maria,sanctissimā;vt ex tuo superbenedicto fructu, Angelica natura repararetur, humana renouaretur, inferior à seruitute liberaretur. Ædificauit ergo Angelis,te reginā;hominibus,medicinam;Creaturæ inferiori,libertatē. Sed priùs ædificauit Angelis cœlū;& hæc est domus gloriæ:dæmonibus & dānatis hominibus Infernū,& hæc est domus iustitię: hominibus lapsis Mundū,&hic est carcer miseriæ quia B emisit Dominus Adam de Paradiso voluptatis vt operaretur terrā de qua sumptus est. Idem autem carcer, patria fuit bestiarū. Pisces posuit in aquis,aues in aëre, & stellas in firmamento. Et qui prius cæterorū hospitiis intēderat, nunc suo proprio intēdit hospitio. Ideo dicitur: *Sapientia ædificauit sibi domum*; id est, te virginē Mariā;vt in te habitaret per humanę naturę assumptionē. Et non solū sibiipsi soli te fecit; sed te Angelis dedit in instaurationem, hominibus & nostræ naturæ in reparationem, inferiori creaturæ in liberationē,sibi in matrem,dæmonibus in hostem;detētis in limbo,in ereptionem. Nam in principio cū ceciderant Angeli; C natura erat corrupta,Deus offēsus,& Diabolus victor. Sed per te,ô superbenedicta Virgo Maria;innocentia reparatur, vita Angelica reducitur,Deus homini pacificatur & vnitur,Diabolus vincitur & conteritur, quia de te scribitur; *Ipsa conteret caput tuum.* Sapiētia igitur, te ædificauit in domū; siquidem amissæ erant animæ quæ ob nihil aliud factæ erant,nisi vt esset in eis habitatio sapientiæ;& hoc si permansissent,sanctæ. Sed quia corruptæ erant omnes & peccato vacillauerant, ideo te gloriosissimam Virginem Mariā ædificauit in domū solidam & fortem quæ nullo modo vacillare posset; D ideo excīdit columnas septem ad te fortiter&sublimiter sustentandam. Septē columnæ quibus firma semper stetisti;sunt septē dona Spiritùs sancti,quæ requieuerunt in te,&nunquā te deseruerunt:per quæ stetisti firmiter&perseueranter in omni gratia &virtute. Sed, benignissima virgo Maria,licet superbenedictus filius tuus,animam meam in domū elegisset ad habitandum in ea per gratiam;tamen ego proditor & falsus hospes, ipsum ignominiosè eieci per peccatum. Adiuua me ergo,piissima Virgo Maria,vt tuis precibus mūdetur hæc misera domus ab omni peccato;& ora illū vt in ea habitet hîc per gratiā, & in futuro sæculo per suam præ- E sentiam,ad gloriam suam sempiternam. Amen.

Gen. 3. | Cant. 3. | Limbus. | Gen. 3. | Cant. 3.

De nomine Virginis Mariæ. CAP. 5.

VOcabitur tibi nomen nouum, ô beatissima Virgo Maria, quod os Domini (scilicet Filius Dei qui est os Patris) per Angelum nominauit;videlicet,gratia plena. Postea verò nomen Mariæ expressit, dicens; *ne timeas Maria*: dedit enim tibi Virgini Mariæ, tota super sancta Trinitas, nomen quod post nomen superbenedicti Filij tui, est super omne nomen;vt in nomine tuo omne genu flectatur, vti manifestè patet, cœlestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur,huius sanctissimi nominis gratiam, gloriā & virtutem. Non enim est in vllo alio nomine post nomen superbenedicti Filij tui, tam potens adiutorium;nec est vllum aliud nomen datum sub cœlo hominibus, post dulce nomē Iesu,ex quo tanta salus hominibus refundatur;quia super omnia sanctorum nomina reficit lassos,sanat languidos,illuminat cæcos,penetrat duros, recreat fessos;vngit agonistas,& iugum diaboli extrudit. Fama tui sanctissimi nominis, clarissima Virgo Maria;priùs clausa fuit quandiu in Mundo morata fuisti: sed post Assumptionē tuam in cœlū,diuulgata fuit per omnia Mūdi climata:nam in prædicatione Apostolorū, inē omn terrā exiuit sonus tui sanctissimi nominis, & manifestū toti mūdo factū est. Tātæ virtutis& excellētię est tuū sanctissimū nomē,beatissima Virgo;quòd ad inuocationem ipsius, cœlū ridet, terra lętatur,Angeli congaudent,dęmones cōtremiscunt,&Infernus conturbatur. Tāta est virtus tui sacratissimi nominis,ô semper benedicta Virgo Maria, quòd mirabiliter emollit & penetrat duritiam cordis humani. Ideo scribitur; Lucerna Domini,spiraculum hominis,quę inuestigat omnia secreta mentis. Sic etiam dicere tibi possumus: Lucerna Dominæ, id est Mariæ, quæ doctrix & magistra maris interpretaris: spiraculū hominis; quia peccator per te respirat in spe veniæ & gratię:quæ inuestigat; id est,inuestigare facit: omnia secreta mentis;id est,abscondita cordis. O misericordissima Virgo Maria;ego sceleratissimus peccator talis sum & talē me feci, quòd nomen meū prę confusione nō ausim nominare, quia nomen Christiani habebā sed nūc peccatoris. Idcirco; adiuuare me digneris piissima Virgo Maria, vt Christianus re & nomine euadam:& sic perseuerādo;gratiam, te & tuum filium regem ęternum laudandi, obtineam in vitam ęternam. Amen.

Luc. 1. | Psal. 8. | Prou. 20.

Quod Maria sit apud Deum, gratiarum inuentrix.

CAPVT 6.

INuenisti gratiam apud Deum, ô dulcissima Virgo Maria;gratiam(inquam)corporalē quia fuisti vas;innocentię purissimę sine macula & labe, & virginitatis primipila,sine corruptione fœcunda, sine fastidio grauida, & sine dolore puerpera. Inuenisti Virgo Maria, gratiam spiritualem; quia fuerunt in tua mente, deuotio humilitatis,reuerentia pudoris, magnitudo credulitatis, & Martyrium cordis. Inuenisti virgo Maria,gratiam cœlestem;quia fuerunt in te;ab originis labe prę- Pręseruatio à labe Originis, in virgine Maria. seruatio, Angelica salutatio, Spiritus sancti superuentio,& Filij Dei Cōceptio. Sed qualiter,ô felicissima Virgo Maria,istas gratias inuenisti? Certe (ô superbenedicta Virgo Maria) sicut Eua gratiam amisit per superbiam, inobedientiam,& curiositatem vanam: sic tu,è diuerso, gratiam inuenisti quam nunquam amisisti, quæ futura eras omnium humillima, obedientissima, & in Dei scientia solidissima. De tua humilitate scribitur: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* De tua Luc. 1. obedientia: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* Et tam solidæ eras sapientię, vt Deum Ibid. solum magnificares,& in eo solo exultares, sicut de te in tuo Cantico scriptum est; *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Has autem gratias,humillima Virgo Maria,non tantū propter te habuisti;sed etiam propter nos,vt multipliciter nos adiuuares: & ideo adiuuas in vita præsenti tā bonos quam malos. Bonos;eos in gratia conseruādo: vnde de te canimus; *Maria mater gratiæ.* Malos, eos ad Maria,mater gratiæ. misericordiam reducendo: ideo dicitur; *Mater misericordiæ.* Adiuuas etiam in morte; ab insidiis diaboli protegendo: ideo subditur; *tu nos ab hoste protege.*

Adiuuas quoque; post mortē animas suscipiēdo, & eas in cœlū deducendo: & ideo subinfertur; *& hora mortis suscipe.* Adiuuas tribulatos; dando eis patientiā: tentatos, dādo eis victoriā: & in Dei amore famelicos, dādo eis refectionem internā. O benignissima virgo Maria; ego peruersus & iniquus peccator, me tentatū sentio & prostratū ab inimicis quibus in multis peccatis consensum prębui, & eundē opere cōplēui. Adiuua ergo me, clementissima virgo Maria, perditę gratiæ reparatrix; & da mihi patientiā in tribulationibus, victoriā A in tentationibus, & pœnitentiā de cōmissis. Impetra veniā de pręteritis, tribue in præsentibus cautionē; pręsta in futuris aduersus omne malū fortissimā resistentiam; vt sic reliquum vitæ meæ in præsenti sæculo trāsigā, quò tandem adipiscar tuas & superlaudabilis Filij tui perpetuas laudes in vitam ęternam: cui, cum Patre & Spiritu sancto, æqualis honor, immensa potestas, & interminata gloria in sæcula sæculorum; Amen.

Non minori crimine sustulerat Iobus Gastius, quæ sequuntur Fragmenta, ex libro D. Paschasii Abbatis Corbeiensis, de veritate Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia; quæ restituit nunc primum reuerendus Magister Fronto, ex sancta Societate preciosissimi nominis Iesu, Theologus, Parisiensis; ex M. S. Codice Bibliothecæ Patrum eiusdem Societatis, ad D. Ludouici; fide integra & sincera. Illum verò Paschasii Librum habes, huius Bibliothecæ Tomo. 6; hoc autem loco adscriptos numeros & locos paginarum quibus reponenda sunt illa fragmenta.

Cap. 14. pag. 321. D. *pauca de pluribus pandam.*

BEATO igitur Basilio diuina mysteria publice agēte, Hebręus quidam se (sicut Christianus populo commiscuit.) Officij ministerium & muneris, explorare volens; vidit infantem partiri in manibus Basilij: & communicantibus omnibus venit & ipse, dataque est ei vere caro facta. Inde accessit ad Calicem sanguine repletum, vt verè est; & ipsius factus est particeps. Atque de vtrisque seruās reliquias, abiēnsque in domum suam; ostendit vxori suæ ad confirmationem dictorum, & narrauit quę propriis oculis viderat. Credēs ergo, vt verè, quia horribile & admirabile est Christianorum mysterium; in crastino venit ad Basilium, postulans se sine dilatione accipere, quod in Christo est signaculum. Basilius autem sanctus non differens, sed consuetam Eucharistiam (volēs omnes saluare) offerens, baptizauit eum cum omni domo credēte, Domino. Sed & illud ex vita beati Gregorij addendum. Cùm matrona quędam nobilis, singulis diebus Dominicis oblationem facere consueuisset more Ecclesiastico, atque offerre; quadam die cum ad communionem sanctam inter alias venisset, vt Christi corpus acciperet, illi autem beatus Pontifex offam Dominici corporis porrexit, dicens; Corpus Domini nostri Iesu prosit tibi in remissionem omnium peccatorum, continuò subrisit. Quod vir Dei videns; ab ea, Cōmunionem sacram retraxit, & super altare posuit, donec explicito ministerio sacro interrogauit eā cur riserit. At illa: recognoui (inquit) portiunculam oblationis meæ fuisse quā corpus Domini te appellasse audiui, & ideo risi. Tunc Sanctus vir Gregorius loquens ad populū; exhortatus est eos, Dominū exorare precibus ad corroborandam fidem mulieris, vt visibili specie Dominus demonstraret quod oculis mentis illa credere nō valebat. Quod cùm oratum fuisset; surgens vnà cum populo, mox (cernētibus cunctis) pallam reuoluit altaris. Conueniente etiam illa; inuenit partem, quam posuerat, in modum digiti auricularis sanguine superfusam. Tunc, mulieri sacerdos inquit; disce verum esse quod veritas ait, quia panis quem nos offerimus, verè est corpus Christi, iuxta ipsius vocem; & sanguis, verè est potus. Crede iam tandem quòd aliud esse non potest, nisi quod diuina maiestas voluit. Deinde sacerdos Christi, continuò precibus egit, vt eadem caro & sanguis pristinam reciperet formam. Sicque factū est vt omnes glorificarēt Dominum, & infidelitas pelleretur fœminę, sacróque sancto cōmunicata mysterio sanaretur. Nonnunquā verò ad votum, desiderantibus Christum; hæc præmonstrata leguntur: sicut illud in gestis Anglorum quod quidam presbyter fuerit religiosus valde, &c.

Cap. 19. col. 327. D. *reparandus creditur.*

POrrò in calice, quantum datur intelligi à sanctis Patribus; ideo simul corpus & sanguis per hanc partē iunguntur; quia calix passionis Christi præfigurat mysterium, sicut canitur in Psalmis: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Per calicem namque, salutis passio designatur: in qua nimirum passione; simul caro Christi cum suo sanguine fuit. Idcirco iam immolato Christo per sacramentum diuinæ traditionis, corpus frangitur ad escam populis, & partitur fidelibus. Sanguis verò in calice, ac si in passione fusus; spiritaliter cōsecutus pro nobis ostenditur ad potandum Deo Patri à summo Pontifice oblatus: quatenus eo precio quo redempti sumus de morte ad vitam, & in corpore Christi aggregati; exuamur à culpis quotidianis, leuibúsque peccatis: deinde eo ipso cibo & potu pascamur & potemur ad vitam; vt, ex ipso & per ipsum refecti conuescéremur in Christo, quatenus & ipsi cum eo vnum inueniamur; alioqui vitā in nobis habere non possumus: vnde ipse Saluator; *nisi manducaueritis*, inquit, *carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quapropter etiam nonnulli quærunt, si qui baptizantur & pręuenti morte fuerint velocius, nec sinuntur carnem Domini manducare, neque eius sanguinem bibere; vtrùm, vel quantùm noceat: aut, si nihil noceat; præsertim cum mox renati in Christo, vnum cum eo corpus effecti, in adoptionem filiorum Dei venisse verè credantur. Vnde cōstat quia renati ad vitam, mox translati per mortem carnis ad ipsam eandémque vitam quæ Christus est; sine vllius labe peccati, in ipso cōcorporari inueniuntur. Et ideo non obesse credimus eos viaticum non accepisse huius sacramenti ad vitam in via, quia in nullo post perceptam vitā declinauerunt à via: sed permāserunt in vita quæ Christus est, & ideò non defecerunt in via donec peruentum est ad veritatem, in qua sempiterna & vera est vita. Cæterū quantisper hic remanentibus valde pernecessarius est ad vitam ille cibus cœlestis & potus: quatenus sicut aluntur cibis terrenis ad tempus vt viuant, sic alantur spiritaliter renati per hęc ad perpetuam vitam ne deficiant in via, donec transeant per mortem carnis ad perpetuā vbi nullus defectus est, & sempiternam vitam.

VT ETIAM MAGIS AC MAGIS AGNOSCAS (LECTOR) QVÆ in Paſchaſio euulgando admiſit flagitia, Hiobus Gaſtius; adiecimus partem Præfationis, viri eruditiſſ. Nicolai Mamerani, ad reuerendiſſ. in Chriſto Patrem Adolphum Archiepiſcopum Colonienſem; &c. in eundem Paſchaſij Librum.

Deprauatoris perfidia in ritûs Ecclesiæ & ſacerdotes.

VErùm videamus in pauculis aliquot, huius Falſarij temerariã audaciam: hic autem Hiobus Gaſtius eſt, quod ſonat Conuiuatorem. Ac, primùm; ſic ille ritûs Eccleſiæ Romanæ exoſos habuit, vt vbicunque in Paſchaſio, vel Sacerdotis, vel altaris, vel immolationis, vel conſecrationis, vel pœnitentiæ nomen inuenit: id, aut omiſerit, aut expuncto eo aliud ſubrogauerit. Nimirum loco Sacerdotis, vbique Miniſtrum Eccleſiæ, aut Miniſtrum verbi Chriſti poſuit; quod nõ eſt Paſchaſianum: loco altaris, menſam Domini; loco immolationis, interceſſionem; loco conſecrationis, benedictionem; loco pœnitentiæ, agnitionẽ peccati & commiſſæ inobedientiæ: itẽ; pro, celebrari, alicubi poſuit (nullo orationis ſenſu) mãducari; & huiuſmodi alia plurima. Vbi; ſi in toto libro non plus peccaſſet; non ſatis alieno in libro deſignatum audaciæ & flagitij videri poſſet? Deinde vbicunque Auctor vocabulum, Spiritualiter, ſolùm habet: ille, de ſuo plerunque adiicit, ſimul & realiter; quæ in ſcriptis exemplaribus nuſquam inueniuntur. Fidei autem vocabulum, & Credentis, & Credulitatis, & Incredulitatis; vbique de ſuo ad nauſeam vſque, pro more nouæ ipſorum Eccleſiæ, inculcat & ingerit. Cæterùm; cupiſne inſignem falſarij impoſtoris & ſeductoris peſtilentis audaciam videre, ac perfidiam? Vide Cap. noſtra diſtinctione 10. Hiobi autem 3. quod incipit, Sacramentum igitur, &c. ibi vtrumque ſcriptum exemplar habet; ſunt autẽ Sacramenta Chriſti in Eccleſia, Baptiſmus & Chryſma, Corpus quoq; Domini, & Sanguis. Hîc, Gaſtius perfidè omiſit; & Chryſma: adiecitque de ſuo poſt vocem, Eccleſia Catholica; quaſi, verã & Catholica Eccleſia, tantùm duo habeat & agnoſcat Sacramenta: inſupérque in margine, vt perfidiã hanc augeret annotauit; duo tantùm ſunt Sacramenta: cùm tamen Paſchaſius tria ponat; neque vocem hanc, tantùm, habeat, vt ad ternarium numerum Sacramenta Eccleſiæ reſtringat. Item, cap. 13. vt Gaſtius verò. 4. ſic corrũpit hunc locum: quod à Credente in verbo Chriſti, diuinitùs per Spiritũ ſanctũ reuera eſitatur: pro eo quod Paſchaſius habet; quod per ſacerdotẽ ſuper altari, in verbo Chriſti per Spiritũ ſanctũ diuinitus conſecratur: vbi, in pauculis verbis, infinitam vide ex propoſito malitiã, perfidiámq; quomodò, nec ſacerdotis nomen tulerit, nec conſecrationis, nec altaris; & ipſum ſenſum peruerterit. Itẽ initiũ cap. 19. quod incipit, Vnde ſacerdos, &c. totũ omiſit, quòd multa in eo eſſent quæ ad conuiuatoris Hiobi ſtomachum non facerent, nec ipſius ſaperent palato: Nẽpe; ſacerdos, immolare, per manûs Angeli tui in altari conſecratur, manu ſacerdotis; &c. quorum loco ſuam quandam prolixam ſed inſulſam & fermentoſam infarſit farraginem de ſola Fide; ſine qua qui communicet, lethaliter peccare: de fortiter Credẽtibus, &c. quorũ (inquit) ſola fides capax eſt: &, quiſquis igitur citra Fidẽ; &c: &, niſi fortiter credentibus; &c. &; Fidei merces, &c. quæ omnia, nec phraſim Auctoris, nec illã conſequentẽ ſenſus & Spiritus & ſucci ſuauitatẽ ſapiunt. Itẽ cap. 20. initiũ, Cæterùm Angelorũ; &c. omiſit: loco cuius, hæc infarſit; atque huic tanto Sacramento, quo (vt ſupra attigimus) Chriſti morte adquiſita bona, diſtribui manifeſtũ eſt: &c. Et in eodẽ cap. paulò infra, poſt hæc verba; & cũ cæteris Apoſtolis: ille intertexuit; vnũ corpus cũ Chriſto huius ſacramenti participatione per Fidẽ tranſmutatur: cùm Paſchaſius tantùm habeat; in corpore conſecratur. Itẽ cap. 22. loco horũ verborũ; illúcque Deo Patri, &c. vſque, introire: ille poſuit, talia itaq; &c. per miniſtrũ Eccleſiæ Præfectũ, &c. Sed & annotatiunculas, marginibus, plurimas ineptas, affectatas & ſeditioſas illẽuit: veluti eodẽ cap. (iuxta diſtinctionẽ exẽplaris Panth; nã Præd. prorſus nullã habet per capita diſtinctionẽ; ſicuti antiqui omnes & Græci & Latini, nuſquã per capita diſtinxerunt, vt videre eſt in antiquis Euangeliorũ codicibus & Operibus Auguſtini ſcriptis: & Gaſtius aliã habet capitũ diſtinct.) non potuit ferre de ſacerdotibus piã interpretationẽ Auctoris, notauit in margine, coactè. Itẽ cap. 23. vbi Auctor nudè habet, bonis operibus; ille Fidei vocabulũ interiecit, ne ſcilicet fidẽ obliuiſceremur nõ admoniti; aut, tãquã, ſine Fide, bona opera Deo accepta eſſe poſſe putaremus, cùm ſciamus ſine Fide impoſſibile eſſe Deo placere poſſe; &, Fidẽ rectã ſine operibus eſſe non poſſe, ſine quibus manes & mortua ſit: qui enim fide tantùm & non operibus Deũ quærunt, illi non quærunt ſed tentant Deum. Sic & cap. 24. cõmenta multa infarcit de ſummo Pontif. Chriſto, de Sacramento Credentibus tradendo, quorũ omniũ ne minimum quidẽ verbũ Paſchaſius habet. In quo eodẽ cap. per Fidẽ, ex fide, multa ingerit, & pœnitẽtiæ vocabulũ ibidẽ bis omittit; loco cuius, agnitionẽ peccati, agnitionẽ cõmiſſæ inobedientiæ, confeſſionẽ fidei, ſubrogat. Quæ quoque ſua ſalſamenta, in margine, decocta & eliquata expoſuit: quibus corruptelis effecit vt Catholicus Auctor, planè ſeditioſus & cũ ipſorum noua Eccleſia ſentire videatur. Quis non ſummè demiretur tã temerariã & audacẽ peruerſitatem? Sic ſtudio ac dedita opera, alienum falſare ac corrumpere librum? Nã & in eodem cap. perfidè hæc Paſchaſij verba, quotidie pro nobis Chriſtus myſticè immolatur; mutauit, non ferens quotidianam myſticè Chriſti immolationem, & ſic poſuit; quotidie Chriſti interceſſione opus eſt, ac paſſio eius in ſacramento corporis & ſanguinis ſui Credentibus tradenda. Item cap. 26. multa de ſuo infarſit, ſtatim initio, veluti, Chriſtus filius Dei qui ideò aſcendit in altũ, &c. Multa item omiſit in hæc verba incipientia; dicunt etiam quidam, &c. vſque; Hæc quippe, &c. propterea quòd ibi Auctor de celebratione & ſacrificiis ſacerdotũ loquitur, quæ ipſius farinæ non erant. Hoc enim horũ hominũ propoſitum eſt, hoc vnum ſtudent; vt Danielis Prophetiã expleant, & ſanctuarium Dei polluãt, & iuge ſacrificiũ tollant, vt abominatio & deſolatio veniat, & Antichriſti Regnum efflorere incipiat. Item cap. 32. vbi conſecrationis vocabulum, cùm nec omittere nec mutare cõmodè potuiſſet, ſic in margine (religioſè

Dan. 11.

ſcilicet & ſanctè) annotauit; Hic te admonitùm velim, Lector, ne id genus vocabulis crebriùs obcurrentibus (nã huiuſmodi cõpoſitionibus libenter vtitur Hiobus, obcurrens, obferre, obcaſio, adcedere, adlicere, adcipere, adſcẽdere; adperire, pro aperire; ſumptitare,) obfendi te ſinas, vt ſunt celebrare, obferre conſecrare, &c. his enim ipſis crebriter vtitur & beatiſſ. martyr Cyprianus: nihil enim volunt minùs ambo illi, quàm Papiſticis execrationibus, immundis ſacrificiis patrocinari, Chriſtum ſemel Patri oblatum, ampliùs non obferendũ docent: Vocabula quidẽ, ſua energia, bona ſunt; at, in abuſum ab impiis detorta piis nonnihil ſuſpecta & odioſa fore nõ neſciebamus. Tibi nimirũ, Hiobe, tuíque ſimilibus peruerſè & ſimulatoriè piis; ſunt & hæc & quæuis alia verè pia ac recta, odioſa & ſuſpecta: bene autem Chriſtianis & verè piis; neque hæc, neque id genus alia ſuſpecta & odioſa eſſe poſſunt. Nec hoc tuo interim argumento animaduertis, alioqui homo perſpicaciſſ. valdéq; ſubtili ac ſolerti ingenio; te, etiam & ipſum Cyprianum

Fidei, per deprauatorẽ, vbique inculcatio.

simul & Paschasium eadem ratione impios vocare: cùm apertè videas, & velis nolis fateri debeas, illos non aliter neque alio sensu hisce vocabulis vsos esse, quàm adhuc hodie vniuersa Catholica vtitur Ecclesia. Huiusmodi & similibus ociosis & odiosis passim fermentis, libri margines Conuiuator Hiobus conspurcauit. Et cap. 33. distinct. exempl. Panth. quā nos quoque posuimus; rursum verba eadem, quæ supra cap. 19. Vnde sacerdos, &c. omisit. Itē duo integra cap. sequentia; id est, 34 & 35. cum principio 36. omisit, quæ in vtroque exempl. Scripta sunt; quòd & ipsa tota, de consecratione & oblatione & immolatione corporis Domini per sacerdotem, qui vices Christi gerat visibili specie super altari, plena essent: quæ omnia Conuiuatori Hiobo non sapiebant. Et ob id non erubuit, neque veritus est, audax in alienis temerator & falsarius; obtruncare ea omnia & abiicere, tāquam ab Auctore scripta essent nunquā. Et similitudinem de baptismo & ordinatis sacerdotibus quā Paschasius habet; perfide & iniquè mutauit, applicans cū sacramento Eucharistiæ, in hæc verba: Et ideò sicut qui baptisati sunt, nō rebaptizantur, tametsi à malis sint baptisati; ita hoc sacramentū non propterea resumatur, q̄ à parum bonis istud acceperis. Quis similem plagiariū hominem vnquā vidit? qui tātum sibi audaciæ, tantum portentosæ licentiæ in alieno vendicet libro; vt de industria & destinatò, illū vbique ad suum mutilet libitū? Itē reliqua quoque capitis 36. ferè omnia; falsarius restitutor deprauauit, omittens ab hac clausula; & ideò, &c. quā plurima sic sequentia; & ideò reuertentes qui baptisati sunt, &c. loco quorum, fidelis ille restitutor suffarcinauit ociosa quædā ac friuola sua somnia; quòd, hic Auctor, de ordinatione sacerdotū (quā Sacramentum vocat) meminisset: id quod Gastius & sui similes, tanquā humanum & impiū institutum rident. Item in eodem insuper cap. loco, Sacrificant; posuit, Mensæ Dominicæ administrant: loco, consecrandi; benedicendi: Et mox deinde omnia hæc verba omisit; scilicet, quia & super aquā Baptismi, & super oleū, & super Eucharistiam, & super capita eorū quibus manus imponitur, &c. vsque, idcirco; &c. quorum loco quædā alia vocabula ille suffarcinauit, quòd illa Auctores, non facerent ad nouos in ipsorum Ecclesia ritûs. Item totū caput 40. cum toto fermè sequēte, vsq; cæterū si quis, &c. omisit quòd in iis Auctor memoret historiā quandā, quēadmodum Christus se quibusdā deuotis, viuum in carnali specie, ob huius sacramenti firmitudinem statuendā ostenderit: quod, cōuiuator Hiobus, fabulæ loco ducens, omisit; ignarus D. Hieronymum in sermone de Assumptione beatæ Mariæ Virg. ad Paulā, similia quædā sed multo adhuc grauiora de ipsa Paula pro vera historia referre; quæ ex nimia deuotione & amore Christi, meruit miranda Christi nascentis exordia ad præsepe, & corporeis oculis videre ipsum puerum Iesum, ipsam Angelorum multitudinem cantantē, Gloria in excelsis Deo, &c. ipsam radiantē stellā, ipsos pastores, ipsos tria munera deferētes Magos, cū quibus & ipsa eadē dona obtulerit simúlque & ipsum Deum puerū adorauerit. Hæc dicat Hiobus, fabulā esse; & fabularum, non historiarum scriptorem esse Hieronym. cap. 40. incipit, Nemo qui; &c. ca. 41. Nam quidā. Itē in principio ca. 42. omisit aduerbiū numerale, Ter, aut, Tertiò, quòd putaret ad cæremonias spectare: Ter immergimur, in fonte, inquit Paschasius, rursus ibidem, omisit hæc verba iterum, quæ & superius, vnde sacerdos, vsque, gratias tibi agens, Vbi, &c. tibi, &, pronomen quoque omisit; & multa hinc sequentia alia deprauauit. Sic absurdè in c. 50. posuit, licet enim caro in carnem, & sanguis conuertatur in sanguinē: pro quo, Paschasius habet; licet igitur panis in carnem, &c. vt iam restituimus. Rursum in eodem c. omisit hæc verba, quam (scilicet vitam absconsam) in Scripturis & de altari accipimus, & trāuehit nos, &c. quorum loco (eo quòd altaris vocabulum ferre non posset) ille non intelligens quò respiceret pronomen, quam, suffarcinauit, quem per verbum de mensa accipimus, qui traiicit nos, &c. vbi totum sensum subuertit. Iterū aliā mox absurditatē posuit; vita, inquiens, illa æterna, ab ista immortali; pro, ab ista mortali. Itē ca. 52. distinct. nostra; Gasti verò, 21 sic annotauit in margine; coactè & anxiè, nihil enim eiusmodi superstitionum, prima huius sacramēti Christi institutio tulit. Et in medio ca. rursum omisit verba quæ suprà, bis; & illud videlicet quod refunditur, &c. vsque, ideò, &c. Et mox deinde hæc omisit, de altari sumitur: locóque sacerdotis, posuit, Presbyteri Ecclesiæ. Vbi vide in sacerdotes perpetuā Gasti malignitatē, vt nusquā nomen ferre potuerit: sed magis audaciā perfidi falsarij ac temeritatē adtende in alieno libro sibi tantum permittere, vt quæ velit mutet, ac tū pro Auctoris verbis venditet. Ac deinde in eodem ca. non ferens oblationē Christi, omisit hæc verba, Inde pro nobis offerimus, ac mox infarcinauit post has voces fecisse legitur huius rei memoriā, manducando eius corpus & bibēdo sanguinē: ac mox infra, pro, de altare Christi, posuit, per spiritū Christi: rursúsque paulo infra, pro, Christi sanguinē de altari sumimus; posuit, Christi sanguinē hoc sacramento sumimus, Itē ca. 56. distinct. nostra, Gasti verò 22. post hæc verba; non habētes oleū secū Spiritus sancti: adiecit de suo; & perfectā in Christo fiduciā. Et in ca. 57 post verba; Iā sacris adsistis: omisit; Altaribus. Laua inter innocentes; non, cū Pilato; manus: loco quorū; Conuiuator, lōgā sed nimis insulsam infarcinauit sesquipedalium verborū farraginē in hæc verba: administrandis sacramentis, ne vlli accedentiū vitæ impurioris aliqua vel labecula vel vulpecula obsensionis sis obcasio: sed quis vnquā, præter Gastū, sic locutus est: obcasio, obcisio, obcino? vide hîc quàm callide aptauerit præcedentibus verbis, sua ostentamenta! dixerat Paschasius, Iā sacris adsistis altaribus: quod vocabulū, cùm Gastū offenderet, quòd libentiùs mensam cōuiuij quàm altare Christi cōspiceret, nec ex sua fide & Religione esset: illo omisso, subiecit mox post vocē, Sacris, aliud substantiuum cum adiuncto participio sic, sacris administrandis sacramentis: pro eo quod Paschasius habet; Sacris adsistis altaribus. Ac mox infra, inter hæc verba; sin autē, & da honorē Deo; interposuit. aliquo reatulo obnoxiū te sensetis. Vbi; quid ineptius (vt taceā corrumpendi audaciā) illo diminutiuo, reatulo? Ac rursus deinde ibidē pro his verbis; demū Christi altaria circundate: posuit; Christi dona & sacramenta: &; piis amplexibus; sic exposuit: id est; fide contingere. Vbi, vide insulsum & absurdum harum vocum interpretē, vel potiùs absurdā Hiobianā fidē quā sic vbiq; ineptè inculcat. Deinde duo tota postrema c. 58. & 59. dedita opera magis quàm tinearum iniuria quas in Epistola fini subiecta causatur; omisisse videtur: quòd in iis de immolatione, de agno & hœdo, de pœnitentia, de cātu Agnus Dei post oblationē, de castitate & sanctificatione Auctor tractet. Subodorari autē se ait, pauculas desiderari paginas (cuius ille vocis nouum genitiuū pluralē facit, paginū, quē ego nusquā neq; apud Priscianum, neq; apud Diomedē legi) & id genus argumenti quod parum retulerit præsenti instituto adesse. Præterea & in his ipsis quæ exhibuerit, plæraque esse quæ libenter si licuisset, resecuiturus (nam sic loquitur Gastus iuxta suum Priscianum) fuerat. In alieno autem libro, quis nisi perfidus & temerarius impostor, quid sit resecturus? hanc tamen Gastus sibi pro sua auctoritate permittit licentiam.



SCRIPTVRAE SANCTAE

AVTHORITATVM, QVÆ A SACRÆ BIBLIOTHECÆ ~~SANCTIS~~ VETERIBVS PATRIBVS SPARSIM EXPLICATÆ & citatæ sunt, ex vtriusque Testamenti librorum ordine digestus Index.

EX LIB. GENESEOS.

EX EXODO.

EX LEVITICO.

EX NVMERO.

EX DEVTERONOMIO.

EX IOSVE.

EX LIBRO IVDICVM.

EX PRIMO REGVM.

EX II. REGVM.

EX III. REGVM.

EX IIII. REGVM.

Quia

Aduersum

Deus

EX PSAL. CXIX.

EX PSAL. CXX.

EX PSAL. CXXIIII.

EX PSAL. CXXV.

EX PSAL. CXXVI.

EX PSAL. CXXVII.

EX PSAL. CXXVIII.

EX PSAL. CXXIX.

EX PSAL. CXXX.

EX PSAL. CXXXI.

EX PSAL. CXXXII.

EX PSAL. CXXXIII.

EX PSAL. CXXXIIII.

EX PSAL. CXXXV.

EX PSAL. CXXXVI.

EX PSAL. CXXXVII.

EX PSAL. CXXXVIII.

EX ECCLESIASTE.

EX CANTICO CANTICORVM.

Paululum

EX LIBRO SAPIENTIAE.

EX ECCLESIASTICO.

EX ESAIA.

Et

EX HIEREMIA.

EX THRENIS.

Magna

EX BARVCH.

EX EZECHIELE.

Ego

EX IONA.

EX MICHAEA.

EX NAHVM.

EX ABACVC.

EX SOPHONIA.

EX AGGAEO.

EX ZACHARIA.

EX MALACHIA.

Finis Authoritatum veteris Testamenti.

SEQVVNTVR AVTHORITATES NOVI TESTAMENTI.

Et primùm ex Euangelio D. Matthæi.

Rapitur

Nolite

Beata

EX IOANNE.

Spiritus

EX ACTIS APOSTOLORVM.

Non

EX EPISTOLA D. PAVLI ad Romanos.

EX I. EPISTOLA Ad Corinthios.

Canet

Oportet

EX SECVNDA EPISTOLA AD Corinthios.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

EX EPISTOLA AD EPHESEOS.

Vt

Sit comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, & altitudo, &c. to.2.270.b. & 432.d
...us Iesu Christi, vocatus apostolus tom.3.124.b
...Omnium minimo data est hæc gratia inter gentes, vt re...ret in me filium suum tom.1.773.c
Cap. 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus tom.2.896. a.tom.3. 702.c
Vnus Dominus, & vna fides, & vnum baptisma tom. 2.54. & 477.c. tom.3.19 c
Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis to.2. 186.c.397.c.& 622.e.to.3.396.a.tom.9. 476.d
Nolite locum dare Diabolo to.1.621.a
Deponentes igitur mendacium, loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo tom. 2.630.a. & 601.a
Quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primùm Apostolos tom.1.741.e. tom.2. 193.c
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, &c. to.2. 591. a
Sol ne occidat super iram vestram tom.2.14.a.to.3.53. c
Estote igitur inuicē benigni, misericordes imitatores Dei, &c. tom.2.635.d
Qui furabatur, iam ne furetur tom.2. 599.e. to.3. 473.a
Omne verbum inhonestum non procedat de ore vestro tom. 1. 723. d
Omnis amaritudo, ira & clamor tollatur à vobis, cum omni malitia to.2.374. a. & 962.a
Gratia salui facti estis per fidem to.4.600.e
Vt moriamini quidem peccato, viuatis autem iustitiæ, &c. tom.2.954.a
Seruate vnitatem Spiritus in vinculo pacis to.2.477.c
Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi to.2.372.b.288.c.& 305.b
Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino tom.2.
Cap. 5. 476.b
Turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ne nominetur inter vos. to.2.609.d
Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus tom. 2. 476.d
Si patitur vnum membrum, totum corpus mouetur cum eo, & patitur tom.3. 1012.d
Sicut Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro illa tom.2. 193. b
Ambulate vt filij lucis, dum lucem habetis to.3. 276. d
Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino tom.1. 739.a. 832.b. & 841.d
Erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est, &c. tom.1.745.d
Relinquet patrem suum & matrem suam, &c. to.1.302. b
Mysterium hoc magnum est to.2.418.b.c
Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam, in odorem suauitatis to.1.552.d. to.4.536.e
Non quoniam ipsi diliximus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos tom.1.645. b
Aptauit sibi ecclesiā nō habentē maculā aut rugā to.2.1057.d
Si quis frater nominatur, et sit aut fornicator, aut simulachris seruiens, &c. cum eiusmodi nec sumere cibum to.3.446.a
Nolite inebriari vino, sed replemini Spiritu sancto tom. 2. 253.d.& 184.b. tom. 3.106.c
Fornicatio & auaritia, per quæ venit ira Dei ad filios hominum, &c. tom.3.81.a
Videte quomodo ambuletis non quasi insipientes, sed vt sapientes, &c. to.2. 625. a
Ne sitis insipientes, &c. tom.1.103.d
Cap. 6. Obedite parentibus vestris, &c. tom.2.100. b
Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c. tom.2.378.a
State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei tom. 5. 473.b
Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli tom.2. 397 .c. & 923.c
Galeam salutis accipite, & gladium Spiritus tom. 2. 184. b
Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei to.1. 683. b
Apprehendite scutum fidei, in quo possitis omnia iacula ignita maligni extinguere to.1.810.d.to. 2. 82. b
In quo possimus omnia iacula candentia nequissimi extinguere tom.2.267.a.399.c.& 397.c
Calceati simus in præparatione euangelij pacis to.2.231. b
Per omnem orationem & obsecrationem, orantes omni tempore in Spiritu, & in ipsos vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis, &c. tom.2. 476.e
Parentes, nolite ad indignationem prouocare filios vestros to.5. 262. a Cap. 6.

EX EPISTOLA AD Philippenses.

Bonum certamen certaui: cupio dissolui, & esse cum Christo to.1.601.e Cap. 1.
Humiliauit se vsque ad mortem, &c. vt in nomine Iesu flectatur omne genu, &c. to.1.863. e
Vinctus Iesu Christi, &c. to.3.124.b
Cupio dissolui, & esse cum Christo to.1.784.c.to.2.454.e
Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, &c. to.3.555.b
Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris to.4. 395. a Cap. 2.
Ipse est qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate tom.5. 115.e
Sed et si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis to.2.622.b
Qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo to.1.850.a.to.3.122.d.115.e.& 581.d. to. 4. 295.d. e.& 305.a.b.et 306.c.d.377.a.b.649.b.et 1275.b
Qui exinaniuit seipsum tom.1.640.e.to.2.41. e
In similitudinem hominum factus, &c. to. 3.636. b
Cū metu et tremore vestram salutē operamini, &c. to.2.1085.e
Vt sitis filij irreprehensibiles in medio generationis prauæ atque peruersæ tom. 1.650. a
Quicunque ergo facti estis participes Spiritus Christi, &c. to. 2. 346. a
Factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis, &c. tom.2. 596.e
Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen tom.1. 746.a
Donauit illi Deus nomen, quod est super omne nomen tom. 1. 976.b. to.4.278.c
In nomine Iesu Christi omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & inferorum tom.3. 551. a
Vt ipsi confiteatur omnis lingua, & subditus fiat omnis mūdus Deo tom.2. 264.b
Nō quod acceperim iam, aut iā perfectus sim: persequor autē, vt comprehendam, in quo & comprehensus sum to.5.471. c
Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo comprehensus sum. to.5.110. e Cap. 3.
Obseruate eos, qui ita ambulant, quos sæpè dicebam vobis, nunc flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, &c. tom.3.661.b.to.4.730.e
Quorum Deus venter est tom.3.15. a

EX EPISTOLA AD Colossenses.

EX PRIMA. EPIST. AD Thessalonicenses.

EX EPISTOLA SECVNDA AD Thessalonicenses.

EX PRIMA EPISTOLA D. Pauli ad Timotheum.

EX 2. D. PAVLI EPISTOLA ad Timotheum.

EX EPISTOLA D. PAVLI ad Titum.

EX EPISTOLA D. PAVLI ad Hebræos.

EX EPISTOLA CATHOLICA
Iacobi Apostoli.

Resistite

EX EPISTOLA PRIMA D. Petri.

EX SECVNDA EPISTOLA D. Petri.

EX EPISTOLA PRIMA D. Ioannis Apostoli.

EX 2. EPISTOLA D. Ioannis Apostoli.

EX EPISTOLA D. IVDÆ

EX APOCALYPSI D. Ioannis Apostoli.

PRÆTER

PRÆTER SVPERIVS DESIGNATOS LOCOS HVIVS BIBLIOTHECÆ, QVIBVS ANNOTATA SCRIPTVRÆ LOCA CITANTVR vel tractantur obiter, infrà adiecimus Indicem aliquot textuum & Librorum Scripturæ, qui ex professo à Sanctis Patribus, in adscriptis Tractatibus, Commentariis, aut aliis locis explicantur, ne quid huic Indici deesset, quod studiosus lector potuisset fortè non iniuria desiderare.

INDICIS BIBLICARVM AVTHORITATVM QVÆ SACRÆ BIBLIOTHECÆ SANCTORVM PATRVM TOMIS nouem continentur FINIS.



INDEX RERVM QVAE SACRAE BIBLIOTHECÆ NOVEM TOMIS CONTINENTVR.

cur

Antonini

Astrorum

B

Beneficiorum

C

vltro

Christianismi

Christus

Cochlearum

Coniugati,

Cornelius

Crux

D

Dęmones,

Enoch vnde

F.

Fames

H

Hæreticorum

Hyacinthi

I.

K

Labia

L

M

S. Marti-

Motus

N.

Numa

O

Omnia

Orientalis

P

Patris

Poëte

Principes

Q

regni

Rhamnus

Sacram

saluum

sol ma-

T

Talmudi-

Testamenti

transitus

V

X

Y

Z